1978

L
1504

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-127989-p0001-3

Christianus Schnoör

5. R. 9. A 34

Script. Rom. in Quarto
N. 20.

II. 26 26

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-127989-p0002-9

6 139

# Vlrici Hutteni equeſtris ordi-nis poetae in Vuedegū Loetz Conſulem Gripeſualdenſem in Pomerania / et filiū eius Henningum Vtr: Juris doctorez Querelarū libri duo pro inſigni quadam iniuria ſibi ab illis facta.

## Hermannus Trebelius Notia-nus Poeta Laureatus in perſona Loſſij.

Numen Pierijs ineſt poetis:
Libertas: animus · celebritaſq;:
Maieſtas quoq;: regia et poteſtas:
Et ſunt cura deum ſacri Poetae:
Chari principibuſq; / regibuſq;:
Immo ( vera loquar · nec ore ficto )
Res eſt maxima / maximus Poeta
Sed cur Loſſius iſta neſciebam?
Eheu: numina / ferreeq; Parcae
Debebant: modo quem fero: Poetam:

## Dijs auſpicibus

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-127989-p0003-4

## Ad ſedecimuiros Gymnaſij Roſto-
## chienſis Vlrici Hutteni Epiſtola cū Tetraſtichis in ſingulos.

Nihil a me ſcribi hac tempeſta
te/nihil pene dici debet/viri ornatiſſimi/ſine veſtri ho
noris praefatione. Cum eniꝫ hieme praeterita in ſpolia
torem Loſſium incidiſſem: nuduſqꝫ ad Vos diuerterem: et honorifi
ce ſum ſuſceptꝰ: et habitus liberaliter. Scripſi itaqꝫ hys diebꝰ. quos
apud vos humanas litteras profeſſus ſum. Elegias quaſdam/ad di
uerſos: de fortuna mea/quas vbi in ordinem congeſſerā: atqꝫ eden
das putaui vobis nuncupare volui. Quid enī meo carmini ampliꝰ/
quid honorificū magꝭ accidere poſſet: ꝙ tātorū virorū praeſcriptio?
Atqꝫ eo magis ſolatio hoc mihi eſſe debet quo ea res Emulum meū
(qui perpetuo quodam odio in me iurauit) inflāmabit: magiſqꝫ
ac magis ad inuidendum excitabit. Ego me hercule nullā maioris
vltionem facio ꝙ eā qua inimicos noſtros conſcientia maloruꝫ ſuorū
pūgi macerariqꝫ īſultātes ferimꝰ. Accipite ergo hos querelarū libros
(ſic enī inſcribere viſum eſt) atqꝫ ita accipite: vt ſi ingeniū nō om
nino probetis: cauſam ſaltem meam quae omniū veſtro iuditio opti
ma iampridem cenſa eſt defendatis. Adiunxi Tetraſticha quaedaꝫ
in ſingulos exiguū pro tanta veſtra beneuolentia munus: vt ſciliceꝫ
intelligeret ſpoliator meus et ſi quis item naſutus acceſſerit/tā me
bonos laudare ꝙ vituperare malos. Valete et Huttenū veſtrū legi
te atqꝫ tuemini. Ex officina mea litteraria Roſtochij Idibꝰ Julij

## Tetra: Ad Gerhardũ Phril lum Theo: doct:

Quicquid ineſt muſis: quicquid dedit Attica Pallas:
Quo dq; putes clarias pſallere poſſe fides.
Naturas rerum: et magnorum archana deorum:
Cuncta ſimul/docta mente Pherillus habet.

## Ad Nicolaũ Leonẽ decre. doc.

Vaſta tibi mens eſt· et nomina magna leonis:
Credendum eſt homines viuere poſſe feras.
Nec mirum eſt: quia te vulgus leo docte ſalutat:
Exuperas homines: vincit vt ille feras.

## Ad Joannẽ Barchmã legũ do

Quantus es: et quantae dignus me iudice laudis:
Ipſe das ex facie tu documenta tua·
Sepe etenim ex geſtu firmae conſtantia mentis
Viſa eſt· haec grauitas te docet eſſe grauem.

## Ad Jberũ Grot decr. doct·

Turba ſenum memor eſt: et Roſtochiana iuuentus:
Qua ſit iuditium laude fideq; tuum.
Rector Palladiae fueras/praeſeſq; paleſtrae:
Nec quiſquam eſt iſto preſſius ab imperio.

## Ad Petrum Boegen dec. do.

Cum leges/cum iura ſcias: cum Petre tot artes:
Summaq; Canonici ſit tibi cura fori.
Cum tibi diuitiae/cum ſint ſine crimine mores:
Miror in ys cur nil mente ſuperbus agas.

## Ad henricum Mulert iuriſcon.

Ut caperes latiae cultumq; decuſq; minerue:
Poſt patriae ſtudium / Gallica regna petis.
Nemo eſt callidior: nemo eſt te doctior vno:
Seu quid in hoc doceas munere / ſeu quid agas.

## Ad Bertholdum Moller theo.

Da veniam lector: ſi quid laudare neceſſe eſt.
Molitor ingenio Molitor arte valet.
Atq; adeo eſt illi doctae facundi z linguae:
Ut credas hominem ducere poſſe deos.

## Ad Enricum Cruſelman ph.

Tu quoq; Roſtochiae non infima fama paleſtrae:
Huc ades in noſtrum docte magiſter opus.
Te iuuat in placido Sophiae feruescere ludo.
Diuerſa eſt alÿs: hec tibi vita placet.

## Ad Joachimū Nigeman ph.

Ex merito conflatus amor / ſpeſq; excita lucro
Sepe aliquem laudes foecit inire nouas:
Non igitur: quia multa mihi Joachime dediſti:
Accipis has laudes: ſed quia vir bonus es.

## Eberhardo Dicman ph:

Vir bonus eſt: iuſtoq; nitens Eberhardus honore.
Vir bonus eſt: nec ſe ſe indicat ille tamen.
Hunc probat in loeto facilis clementia vultu.
Mirum eſt: poſſe graues viuere laeta ſenes.

## Ad Ecberthū harlē hoſpitē ph

Vt queat Ebberthus caſtis incumbere Muſis:
Virgineum nunquam polluit ille decus:
Huic probitas vera eſt·huic contulit omnia virtus.
Nec negat Aonias pagina ſacra deas.

## Ad Henricũ Holtzman ph.

Sis melior ſophiae interpres: meliorue ſacerdos:
Dum dubito: nondum eſt res bene nota mihi.
Si quid amiciciae mecum congeſſeris iſtuc:
Non equidem maior ſed mage notus eris:

## Ad Joannem Loberingk

Maximus orator / Cauſarum maximus actor:
Et quicquid ſophiae eſt hoc Loberingus habet:
Seu poſcas carmen: ſeu quicquam lege ſolutum:
Omnia facundo perficit ille ſtilo.

## Joanni Sonnepergk Franco

Adde decus noſtris Francorum terra triumphis:
Adde virum muſis ingenioqȝ bonum.
Jlle fouet ſacros / ille ambit honore poetas:
Non mirum eſt Vatem Vatis amore trahi.

## Ad Jodocum Stagben ph.

Pone odium Loſſij: pone omnes Muſa dolores·
Vir tibi laudandus lingua animoqȝ venit.
Huic: quoniam virtus / quoniam facundia preſto eſt:
Rite docere deus rite loquiqȝ dedit.

## Jacobo Trempen th:

Pro te agitant homines cum muſis bella puellae
Forma homines / Muſas permouet ingenium.
Juncta Venuſtati membrorum gratia mentis.
Quantum homines / tantum ducit amore deos:

## Her. Trebelius lectori de duobus Loſſiis

Hic canitur lector tibi Loſſius Vnus et alter.
Et pater et natus fraude doloqꝫ pares.
Res tamen hec potius nati eſt / quia perfidus ille.
Inſidijs Vatem deprimit innocuum.
At genitor quia fert ſpolium: deſcribitur Vna
Loſſius hic natus Loſſius atqꝫ pater.

# Vlrici Hutteni in Vuedegum Loetz et filium eius Henningũ V. Iuris doctorem Gripeſualdi in Pomerania Querelarum. Liber Primus.

Si. quibus extremi diffuſa potentia mundi
Ceſſit: & hoc totum eſt: omnia quicquid hñt:
Vos miſer Huttenus lachrimis accerſit inultis:
Et querula: ſiqua eſt: voce requirit opem.
Reſpice Chriſte meos: ita tu quoq; paſſe labores (Fortune Hutteni)
Cum tibi mundanus indueretur homo.
Reſpice non veteres caſus/ſed temporis huius
Quam ſint fortunis omnia dura meis.
Ecce furit teneros vehemens quartana per artus:
Et caput exhauſtum eſt viribus omne ſuis.
Atq; vbi deſenit tremebundum in corpore frigus.
Ingruit Etneo non minor igne calor.
Ipſa etiam eſt imis vis morbi incuſſa medullis:
Siccaq; concuſſo pendet ab oſſe cutis.

Si pedibus conor malefirmum attollere corpus :

Feſſa ſub hoc tenui pondere crura labant .

Si manuum offitio conſuetos molior vſus :

Vix poſſint ſiccas brachia ferre manus .

Nunc humero caput eſt fultū hoc : nūc incubat iſti .

Nulla mihi potus gratia / nulla cibi .

Hec grauiora facit lapſis penuria rebus :

Queqꝫ metum dubiae cura ſalutis habet .

Quoqꝫ minus valeam : nullis hic fungor amicis :

Qui poſſent tantis me releuare malis :

Et patria careo . nimiumqꝫ ex vrbibus abſum :

Quas bonus implicito flumine Rhenus adit .

Vndiqꝫ triſtitia eſt : ex omni anguſtia parte .

Circumquaqꝫ aliquid me facit eſſe grauem .

Haec tamen vt patiar / ſuperat longum omnia tempus

Non tantum morbo pauperieqꝫ premor .

Bis fera ceſſit hiems / toties eſtate peracta /

Et valitudo manet : quae fuit ante mihi .

Nec leuius patior morbus quoqꝫ tempore creſcit .

Fedaqꝫ creſcendo eſt viribus aucta lues :

Sic vaga continuis augentur flumina riuis.
Sic rogus inſurgit: qui modo paruus erat.
Non querat iſta tamen. neqꝫ enim que ferre neceſſe eſt
Hec indignato pectore ferre licet:
Sed mouet in nobis miſerandam Loſſius iram.
Dijs notum eſt: liceat: ꝙ mihi iure queri.
Ille febres praeter mortali vulnere preſſo:
Accincto longe Sorte iubente viae:
Infandum: miſero foturas corpore veſtes
Abſtrahit: et / morbum quod grauet / addit onus.
Nulla viro pietas. neqꝫ enim miſeratur euntem
Vt decuit: longum per graue frigus iter.
Dij notum eſt vobis: quantum iſto ex tempore peſtis
Aucta ſit: in nobis: que fuit ante minor
Ipſum etiam vulnus concepti frigoris intus
Intendit vitae prompta pericla meae.
Qui iacui durum vehementi frigore corpus:
Semineces morbo concutiente manus:
Quiqꝫ peregrinos in concaua vulnera fletus
Commoui: Et varia ſum reuocatus ope.

Loſſij crudelitas

Quem non permoneam? cui non miſerabilis eſſem?
Res foret haec duris illachrimanda feris.
Tunc phalaris potuit poſito fleuiſſe iuuenco:
Buſiris moeſtum congemuiſſet opus.
Tunc ferus Euriſtheus: tunc Thratius ore tirannus
Dixiſſent poenis eſt minor ille ſuis.
Mouiſſem / toruumq; Scynim / crudumq; procuſtem.
Traxiſſem rabidas a feritate Tigres:
Omnia mouiſſem. ſed enim / qui caetera vincit
Senior in nobis Loſſius eſſe poteſt.
Attende Hunc rupes inter dureq; ad robora quercus
Nutryt vberibus Aphra leaena ſuis.
Huic: vbi natus erat: quo nil crudelius eſſet.
Diſpoſitrix vitae ſaxea corda dedit.
Haec queror o ſuperi · doniſq; ad templa relatis:
Ferre pias iuſta vos precor aure preces.
Dura ferat: qui dura dedit: quiq; vndiq; ſeuit:
Cuncta habeat. quae ſint ſeua inimica ſibi.
Ille meas febres / ille horrida vulnera ſumat.
Ille ferat caſus ordine quemq; meos.

Imprecor iſta quidem : ſed adhuc grauiora meretur :

  Omnia ſunt veſtrae debita iuſtitiae .

## Facinus Loſſii

Tempus erat : quo poſt ductos ex ordine menſes

  Octupes occiduas Cancer inibat aquas .

Vndiqꝫ vis hiemis rapidos conſtrinxerat amnes :

  Vndiqꝫ concretus frigore pontus erat .

Et iam digreſſum Pomerana ex Vrbe parabam :

  Durum opus et nimium viribus aere meis . Cauſa direptionis.

Vertere iter potuit ſi vellet : Loſſius illud .

  Huic ego tunc ſumpto debitor ere fui .

Sed petij : vt ſineret neqꝫ enim iam reddere poſſem :

  Fortunam alterius me ſubijſſe loci .

Siue quid ingenio quaeſitum : ſiue per arteis :

  Quo poſſem lucro / reddere ſumpta viro .

Annuit : et dixit : ꝙ abis : ita forte neceſſe eſt :

  Ergo tibi dabitnr : non potuiſſe : ſatis .

Siue dolis / atqꝫ haec ſimulata mente loquutus :

  Siue ita pro mentis mobilitate ſuae :

Cum molirer iter ſuſceptum : atqꝫ arua tenerem .

Emiſit comites perfidus ille ſuos.

Forte fuit iuxta ſalices ex ordine natas/

Alta palus duro peruia facta gelu:

Hac ibam/timiduſq; nihil/tutuſq; fauore:

Vt peterem docti menia Roſtochy.

Erumpunt/ſubitoq; viri crudele minantur:

Ni faciam paruas/omnia dando/moras.

Oraui: fudiq; preces crudelibus iſtis.

Nec puduit triſtes complicuiſſe manus.

Reſtabamq; nihil: neq; enim reſtare valebam/

Effetuſq; febri vulneraq; illa gerens.

Raptorum ferocitas Oranti: qui primus erat/morbumq; querenti/

Non dubita: tecum iam bene dixit erit:

Detraxitq; humero veſtes: ego plurima flebam:

Et duxi oratos in pia vota deos.

Tendit in aduerſum longa ille haſtilia pectus

Atq; ait· hic (taceas ni modo) vulnus erit:

Depoſui raptos humerum nudatus amictus.

Caetera crudeles eripuere viri.

Parua fuit/modicis ita tunc compacta libellis

Sarcina / de noſtro fertilis ingenio.
Hanc tenui ſaltem . nam qua diceſcere poſſent
Non quanq̃ cupidis illa rapina fuit :
Teſtatuſqꝫ deos : cum nil fera corda mouerem :
Rapta eſt ex manibus ſarcina tenta meis .
Audato illuſere viri / pariterqꝫ ferebant
I nunc et magni nomina Vatis habe .
Forte nouas aliquis : modo decantaueris illi :
Donabit veſtes / nudaqꝫ membra teget .
Atqꝫ ita ridebant . ego ꝙ̃ per frigora poſſem :
Aggredior coeptam continuare viam .
Quanta dehinc paſſus fuerim . quia multa ferebam :
Non patitur durus commeminiſſe dolor .
Summa tamen pateant . ita vixi : St viuere nollem .
Et diſum eſt tantis hoc ſupereſſe malis :
Morbus adhuc mecum eſt : et ea Salitudine plector :
Quae tunc eſt nimys concita frigoribus .
Vix aliquid ſcribo . ſed nunc quae ſcribere cogor.
Vix ſunt in tanta condita triſticia .
Atqꝫ ea ſollicitos inter conficta dolores /

Omnia cum lachrimis ſunt agitata ſuis.

Studia Loſſij

Dumq; meus ſomno ſub nonam Loſſius horam:
Soluitur: et placidos gaudet abire dies:
Aut mihi per laceros vigilata nocte labores:
Rumpitur/aut ſtudio que ſolet eſſe quies.
Iactet opus igitur: fauſtamq; ex tempore vitam:
Luxuriaeq; ſuae neſciat ille modum.
Rideat enummes erumnoſaſq; Camoenas:
Et malit tepidas viuere delicias.
Nos celebres arteis pulchro iungemus honeſto:
Peſte etiam multos continuante dies.
Vicerit inſanos conſtans Pacientia morbos:
Vincetur ſtudio perfidus ille meo.
Nec dolet ÿs vnici ſed tunc fortaſſe dolebit:
Quando ſciet male ſe conſuluiſſe ſibi.

Virtus. neglecta

Ipſa graues etenim Virtus neglecta dolores:
Aggerit et tacito turbine pectus agit.
Hec vtinam veniant nec me ſpoliarit inultus:
Qui nunc de noſtro gaudet ouatq; malo.

# Ad preclarũ adoleſcentẽ Vuolf gangũ de Eberſteyn Naugardiae Comitẽ Pomeranũ

Parue Comes non parue tamen quia tradita virtus:
Saepe fuit paruis maxima corporibus.
Parue Comes non parue tamen quia gloria diſpar.
Saepe etiam teneris fulſit in ingenijs.
Si miſer Huttenus prece te miſerabilis vrget:
Et petit afflictis vndiq; rebus opem.
Quid dubitas miſeros demittere in aure rogatus:
Quidue negas vultum quem docet eſſe tibi?
Nec te difficilem nec te decet eſſe ſuperbum:
Conuenit Etati frons bene laeta tuae.
Si tibi que nobis eadem fortuna fuiſſet:
Aut eſſes ſimili conditione miſer:
Nil magis optares ꝙ qui ſuccurreret vnum:
Quiq; tuis poſſet obuius ire malis:
Quod tunc optares mihi nunc optare licebit:
Fortuna ex omni nubila parte mea eſt?
Quicquid erat rerum maleſano Loſſius auſu:
Abſtulit ingenijs peſtis iniqua bonis.

Nudus eo veſtram perueni nudus in vrbem:
Quicquid erat rerum Loſſius omne tulit.
Res tulit vt potuit ſed me diuina voluntas:
Ingenio nondum foecit abire meo.
Ingenium mecum ſtabiliſſima munera porto:
Suſcipe inditio dona probata tuo.
Cunqꝫ ſuo Hutteno ſocias aſſume ſorores
Pars melior nobis parte abeunte manet.
Quidquid id eſt toto iuuenis tibi ſeruiet aeuo:
Atqꝫ erit ad nutum noſtra Camoena tuum.
Inqꝫ tuas laudes feruenti moliar ore.
Num cupis o fato condidiore frui.
Hec tibi clare comes fato meliore ferentem:
Suſcipe fortunas commiſerate meas.
Quodqꝫ tibi cuperes fieri ſi tu miſer eſſes:
Huc ades et lapſis ſuggere rebus opem.

Fortune varietas.

Reſpice in humanis quae ſint diſcrimina rebus.
Reſpice quam varium ſors agat imperium.
Que mihi nunc dura eſt potuit quoqꝫ ludere tecum:
Non certum eſt hoc te poſſe manere ſtatu.

Finge: tuas volucer veniat Vulcanus in edes/
Et centum indomito diruat igne domos.
Finge: tuas praeceps ruat ut Neptunus in agros:
Spemq; anni laetas deiiciat ſegetes.
Finge: repentina confectos morte parentes.
Ante diem miſeras expoſuiſſe animas;
Et cum iucundis affines cedere amicis.
Quid ſupereſt illa conditione tibi?
Dii tamen avertant: ne te mala tanta ſequantur.
Et tu fortunae ſic memor eſſe velis.
Quae tibi nondum nocuit: potuiſſe memento.
Illa quidem ancipiti datq; rapitq; rota.
Atq; ubi cognoris: mentemq; immerſeris illis:
Fortune tandem commiſerere meae.
Tot crucior morbis. abſumq; remotus ab illis:
Unde foret miſero ſpes capienda mihi.
Rebus egens/et inops/curiſq; afflictus amaris:
Quamcumq; aſpicias/hac ego parte premor.
Hec te permoneant. nec ſis in caetera durus.
Auxilioq; velis/qua licet/eſſe mihi:

Sic/tibi cum membris animus quoqꝫ tempore creſcat.

Et viuas multos hac probitate dies.

Nec tibi fortune facies auerſa geratur.

Et ſuper equales ſit tibi partus honor.

## Ad Joachimū Nigeman Collegiatum Roſt:

O quoqꝫ pomerias celebris Joachime per oras

Et titulo/ꝛ rerū pondere/nomen habens

Raſicus Huttenus fortunam expertus iniquam/

Et male ſublimi truſus ad ima loco/

Nudus/egens/expes/deſertus/febribus vſtus/

Confugit ante oculos/littera viſa/tuos.

Sic aliquis longo laſſatus nauita ponto:

Quod vidit primo lumine/littus adit.

Te mihi precipue magno rude vulgus honore

Extulit: et famae eſt copia pulchra tuae.

Atqꝫ aliquis dicit: prece ſi pulſaueris iſtum:

Mittet opem/votis auxiliumqꝫ feret.

Non temere ſcribo/fidis perſuaſus amicis:

Nec mouet ingenium cauſa ſiniſtra meum.

Inuida paupertas / atq; hec violentia morbi /

  Nonne viros poſſent ſollicitare graueis ?

Tempus erat : quo me clementior aura fouebat :

  Quo carni morbo / pauperieq; mea :

Tunc / alios etiam priuata ſorte iuuabam .

  Et nulli noſtrum defuit auxilium .

Que fuit in nobis pietas / ita preſtita multis /

  Hec moueat vultus o Joachime tuos .

Viſq; mihi facilis / precibus perſuaſus honeſtis .

  Dextera ſub quouis iudice cauſa mea eſt .

Non mihi / ſiqua fuit / ludendo perdita res eſt :

  Cum foret ad cupidas alea iacta manus .

Non oculata meos diduxit teſſera nummos .

  Nec volucer poſitas talus abegit opes .

Nec me vina / dapes / et inepto ſcorta fauore /

  Fecerunt humilem ſortis adire ſtatum :

Eſt in Pomerijs ſpoliator Loſſius oris /

  Ille meas veſtes / ceteraq; ille tulit . Loſſius ſpoliator

Nec quicquam in cauſa eſt / cur me ſpoliarit inultum /

  Obſeſſor patulae predam agitando viae .

Vis illata mihi/et tumido violentia faſtu/

Fortune Va rietas:

Hanc fariam in damnum compulit ire meum:
Quod factum eſt nobis: potuit contingere tecum.
Si neſcis varias ſors premit arcta vices:
Nec mirum eſt: mihi ſi voluit fortuna iocari.
Sepe vel hec magnis ludit in ingenijs.
Cerne nouos caſus. priſcam reminiſcere ſortem.
Et potes in nobis mollia corda gere.
Dij tibi/ſiqua mihi tribuas/in tempore reddant.
Et meritum hac precium pro pietate feras.
Tu tamen: vt veterum rimaſti ſcripta virorum:
Vt priuate Arteis/ſciſq; doceſq; bonas:
Vt ſophiae cultor/ſinuoſa volumina tractas:
Vt calles docto plurima digna viro:
Scis equidem tanta que pro pietate parentur:
Quid ſit in afflicta ſorte fuiſſe pium:
Pauper in hoc mundo nec cultu diuite vixit
Chriſtus in humana conditione Deus.

Ab Exem plo

Atq; inopes idem diuino ſuſtulit ore.
Pauperibuſq; altas ipſe recoepit opes.

143

Martinus nudo pallam diſcidit egenti.

Perpetuum ſibi nunc induit ille decus.

Pauit et Eliſabet/menſiſq; induxit egenos.

Nunc tamen Ethereis veſcitur illa cibis.

Omnia pro merito nobis pia numina reddunt:

Siue bonum ſiue es quicquam operate malum.

Nec poſſes alium potius q̄ me miſerari.

Multum/atq; ex omni parte fatigor ego.

In me graſſatur vicibus quartana remiſſis. Morbi Hutteni.

Et iaceo vacuum peſte furente caput.

Viuida tabidulum contendit ad ilia vulnus.

Nec mihi luce aliqua eſt/nec mihi nocte quies.

Huc fera paupertas fatis accedit iniquis.

Huc longe a patria terra remota mea.

Loſſius huc raptor iam nunc quoq; feruidus ira:

Omnia ſunt fatis horridiora meis.

Reſpice tot caſus. animi miſerere cadentis.

Sic habeas placidos in tua vota deos.

## Ad illuſtriſs. Pomeraniae ducem Bugſlaum.

Maxime tot princeps hominum / tot in vrbibus vnus
Cum ad imperium cetera turba facit.
Pomera cui tellus certa ditione miniſtrat:
Cui bona foecundos Rhugia nutrit agros:
Qui praeclara tenes ex rebus nomina geſtis:
Qui / niſi quos Virtus praebet / amas titulos.
O generis ſpes vna tui: ſpes vna tuorum:
Cuius in hoc foelix tempore fama viget.
Si licet: emunctam poſt mille negotia mentem
Solue: pias miſeri commiſerate preces

Ab offitio Cum ſedeas iudex / cauſas cenſure tuorum:
Et veniant ad te diues itemqꝫ miſer:
Vertere in afflicti maeſtiſs fata poetae:
Et proſit cauſae iuſta querela meae
Non ego te donis / captoqꝫ impello fauore.
Non ego te falſo vincere teſte volo:
Cauſa mea vt iuſta eſt: ita te ſub iudice vincat.
Et noceat fictas compoſuiſſe preces:

Loſſiorum largitio At mittet ſua dona Pater / ſua munera natus
Loſſius / et cauſam largitione geret.

Non ea tu ſumes (neqꝫ enim tam vana verebor

Tentabunt tamen ij ſollicitare tuos.

Atqꝫ aliquis forſan vbi coeperit iſta tuorum :

Dixerit in parteis obuia queqꝫ meas.

Sume animos princeps : fraudeſqꝫ immobilis illas

Cum bene vitaris : omnia cautus age.

Subdola magnanimos infringunt munera reges : Munera

Et fama eſt ipſos hec quoqꝫ velle deos

Corrumpunt etiam cauſas ſub iudice iuſtas.

Et verſant nutu iura fidemqꝫ ſuo.

Haec oculos poſſunt etiam obcaecare ſeueros :

Ne videant quae ſint turpia / quidqꝫ bonum :

Qui ſemel hec ſumpſit : ſemel hec cui viſa libido :

Semper habet cupidas muneris ille manus.

Et qui dona capit : nihil inconſtantius illo :

Fluctuat in parteis : conſilioqꝫ labat.

Nec bene poſſibile eſt illum dare iura rogant :

Qui plus ex vna parte fauoris habet.

Non loquor iſta tamen : quia de te ſuſpicer illud : Principis magnanimitas.

Quo ſolet in vulgo quilibet eſſe leuis.

Deyciunt faciles ingentia flumina campos:

Non eadem ſcopulos ſaxaqꝫ dura ruunt.

Sed vereor: ne quis noceat mihi: dumqꝫ ego ſimplex

Nil coner: tacitos miſceat ille dolos.

Cumqꝫ aliquid poſſit praeſens facundia maius:

Diſponat monitos anteuenire meos.

Quicquid id eſt: dux magne meas ne ſperne querelas

Accipiunt humiles numina magna preces.

Atqꝫ ea ab innocuis et paupertate mouentur:

Et magis a triſti pectore vota legunt.

Non moueat: ſi parua meae eſt iniuria cauſae

Sed tanta eſt: animum tangat vt illa tuum.

A rei magnitudine

An nihil eſt: quae tu pro libertate tueris:

Hec aliquem citra contemerare fidem?

Juſqꝫ datum regni/ ſumpto violare furore?

Atqꝫ ire in leges imperiumqꝫ tuum?

Hec ſi parua tibi poſita grauitate videntur:

Et potes ipſe tuis obuius ire animis:

Paulo aberit. quando populo ſperneris ab illo:

Quem nunc legitima conditione tenes.

Paulo aberit/tua cum violata induſtria pace:

Fiet finitimis inuidioſa locis.

Magna eſt impietas: qui publica iura prophanat. — Iniquitas Loſſij

Non levior: fieri qui ſinit iſta tamen.

Tu ne igitur tam durus eris: tam ferreus/inquam:

Vt poſſis patriae neſcius eſſe tuae?

Vimq; ſinas fieri cuiquam violenter in illa?

Nec malis leges omnibus ire pares?

Si mihi non falſa eſt/que de te fama vagatur:

Queq; tuos mores/ingeniumq; probat:

Non impune feret ſumpti contemptor honoris:

Si quiſquam eſt leges auſus inire tuas.

At ſolet afflictos rebus ſpoliare poetas

Loſſius/aſſenſu conſilioq; patris. — Leſus princeps a loſſio

Ille: vbi tu regnas/vbi libertate paterna

Tracta tibi a longis regna tueris auis:

In miſerum Huttenum ſupremam exercuit iram.

Quere: quid hic iuris ſubroget ille ſibi.

An quia debebam: que tunc non reddere poſſem?

Propterea vis eſt non male facta mihi?

Perfidia Loſſij

Quin abitum pepigi / quem perfidus ille remiſit.
Et ſunt ad nutum ſingula facta viti.
Nunc tamen ille negat: dum pro ſe plurima fingit:
Quem conſtat facti penituiſſe, ſui.
At mihi detractas egroto a corpore veſtes:
Ex ꝫ tuli in duro triſtia multa gelū /
Si te quid miſeret: miſeri miſerere poetae.
Res eſt iſta tuos digna mouere animos

Tempore morborum ſpoliatus.

Non ego ſum frigus mediocri triſte dolore
Paſſus. in afflicto corpore febris erat.
Inſuper et vulnus lateri lachrimabile noſtro
Haeſit. et ex omni parte dolendus eram.
Hec poterant moniſſe virum: qui mobilis eſſet.
Hec potuit ſenas cauſa tenere manus.
Non tenet ille tamen / ſed contra iuraq; / faſq; /
In miſeros dira perditione furit.

A inſtitia

Exige crudelis rationem reddere facti.
Nec patere haec fieri / que prohibere potes:
Que prohibere potes / et que tu auertere debes:
Neu ſine vim fieri ſeuitiamq; mihi.

Sed factum eſt: et quis commiſſa inuektere poſſet?

Et ſatis eſt huius penituiſſe mali.

Si ſatis eſſe putas: nunquam plectenda putabis

Digna/vel extremo crimina ſupplicio.

Quid potuit crudele magis contingere ab illo: Sūma Loſſy crudelitas

Quam ſi etiam vitae ſumpta rapina foret?

Non tulit hanc igitur: ſed ſic permiſit/vt eſſem/

Qui nihil optarem /q̄ modo poſſe mori.

Auxit enim morbum: quo nunc quoqꝫ ſupprimor eger:

Nec certum eſt/ſic me viuere poſſe diu.

Hec quoqꝫ/quam mitto/trepidanti eſt edita dextra

Sepe etiam lachrimas littera paſſa meas:

Vix ea pre morbo conſcripſi/et plurima poſſem

Addere/ſed peſtis non ſinit iſte furor.

Qui ſi quid lenior fuerit: querar omnia coram:

Et potes in caſus pallidus eſſe meos.

Et melius credes praeſentia verba loquuto.

Sed dubium eſt/liceat ſic mihi ſcripta loqui.

Tu tamen interea noſtris inſtructe querelis/

Reſpice fortunam pauperiemqꝫ meam

Ad ius pro uocat.

Reſpice tot caſus. fer opem . te iudice nobis.
Pro tanto reddat Loſſius equa malo.
His vbi permotus noſtram miſerebere ſortem:
Et vis arbitrio dirigere iſta tuo:
Inſpice quo vitam pacto traduxit vterq;
Loſſius / et quo ſit praeditus ingenio.

Mores vtriusq; Loſſij

Ille / ſuo miſeros condemnat crimine ciues.
Et facit inſonteis fraudibus eſſe reos.
Cumq; pia caſtas oppreſſit virgine matres.
Totaq; adulterijs Vrbs ſcatet iſta viri.
Qui ( cum iuditio miſeros condemnat iniquo )
Si tribui cenſet non ſibi poſſe fidem:
Nouit honorato ( quis enim verſutior alter ? )
Munere prefectos ſollicitare tuos.
Hos / vbi muneribus pulchroq; euicerit aſtu:
Pro ſe multa tibi commouet apta loqui.
Sic tua / ſic princeps vafer ille negotia tractans /
Saepe tibi: ſi phas dicere / verba dedit.
Nunc quoq; forte dabit. ſed ſi pietate moueris:
Afficient animos hec mea verba tuos.

Hanc genitor vitam duxit / que publica fama eſt:
Et fieri ex multis res tibi nota poteſt.
At ſuus ille dolis Natus grauiora paternis — Loſſius filiꝰ
Addidit / et nuſq̄ eſt hoc genitore minor.
Ille per infectam iuſto petulantior vrbem
Polluit et matres / virgineumq; decus:
Atq; alias donis / alias vi oppugnat. et ardet /
Per fora / per vicos / balnea / phana / domos /
Non ego quid temere (nota eſt veſania) fingo
Si fingo / turpi reſpue ſcripta nota.
Addidit huic titulos ſceleri. gaudetq; vocari — Loſſius doctor Bullatꝰ
Doctor / et in rubra veſte decorus ouat.
Sed / quia nil didicit / quia nil niſi turpia callet:
Non patitur doctos ſecum habitare viros.
Inſidijſq; ſuis verum inſectatur honorem.
Hi ſunt ij princeps / quorum ego preda fui.
Quo decet arbitrio noſtras decernere querelas.
Et fac: ne de te ſit mihi triſte queri.
Sic tibi: qui mundum / qui te / qui cuncta gubernat:
Sit precor extremo mitis in arbitrio.

## Ad Valentinū Stegetin princi. pis Bugſlai Scribam Vt Querelam principi offerat.

Fertur ab Hutteno deſſetis ſcripta lituris
Per te Pomerio danda querela duci.
Hic queror: Vt patria ſpoliator Loſſius Vrbe/
Intulit Hutteno vim ſine iure tuo.
Reſpice tot lacrimas/miſerandum reſpice morbum/
Si potes: et caſus commiſerare meos.
A priſtina amicicia Olim aderas nobis ſtudijs addictus eiſdem:
Quid pudet Aonias te coluiſſe deas?
Per faciles/Muſas/per communemq͡ magiſtrum/
Perq͡ caput noſtrum/per caput oro tuum:
Perq͡ tuam (ſiqua eſt: qua nunc capiere) puellam:
Ne tepidum in noſtro foedere pectus agas.
Vtq͡ tuus per te videat mea carmina princeps:
Et tandem vt ſpolium vindicet ille meum.
Adde tamen. ſi quid pro noſtra parte loquendum eſt:
Quo pondus cauſae dent tua verba meae.
Saepe aliqua admotis valuit contentio verbis.
Verba mouent animos/verbaq͡ pondus habent.

Quicquid ago: dum non verbis preſentibus Stor

Facta eſt quam fuerat iam mea cauſa minor:

Vix licuit nobis re quicquam ſcribere in illa.

Ut rapiat: patrios Loſſius ambit agros: — Loſſy inſidie

Inſidiasq; mihi quovis molimine tendit.

Exercetq; ſuas in mala noſtra manus.

Cum mihi non liceat preſenti fungier ore:

Vim precor ingenio qua potes adde meo.

Adde meis pondus quovis ſermone querelis.

Carminibus vive ſuggere vocis opem.

Nota mihi docte ſatis eſt facundia lingue.

Notum eſt: ꝙ poſſis omnia rite loqui:

Nec dubium eſt / quin ſis noſtro praeſtantior ore:

Tu quoniam fluido vincis in eloquio.

Pande duci / ſtudiumq; meum / ſortemq; ſiniſtram /

Lauda illi noſtrum: qua licet ingenium.

Adde iſtuc mores: et noſtrae ſtemmata Gentis:

Non dubium eſt / quin ſit mobilis ille tibi:

Ut tamen haec facias: noſtro movearis amore:

Quem ſcis ex animo nondum abyſſe meo

Te quondam Odricole multum coluere puellae:

Nec minor in nobis concitus ardor erat.

Frater eras memini: qua me quoqꝫ voce vocabas:

Si memor es: fratris tu miſere tui.

## Ad Ludouicū Huttenū equitē auratum

Vſa/mihi longo nunquam defeſſa labore:

Pro me quodquod onus que patienter obis

Per tot me morbos/per tot ſolata labores:

Vna comes multis ſaepe relicta malis:

Longa iterum metienda tibi via/et eminus inſtat.

Perge: decebit onus te ſubyſſe meum.

Iter in Frā ciam

Vade per Hercinium protenſi fluminis Albim:

Cuius habet leuas accola Saxon aquas

Atqꝫ vbi tranſieris/ magnam Brunonis ad Vrbem:

Et Saga Brunſuigio ſubdita regna duci:

Labe trans curui fruticoſa fluenta Viſurgi

Qua tenet arboreos monticola Heſſus agros.

Fagina dehinc reſtat montoſis edita ſiluis:

Qua celer vluoſas Fulda refundit aquas.

Hinc pete vitiferi pigre euntia flumina Meni.

Francia nobilibus qua iacet ampla viris.

Ipſe tibi notus locus eſt: Ludouicus vbi arcem

Huttenus pulchra conditione tenet.

Dirige Muſa pedes iſtuc. equitemqꝫ ſerenum

Triſtis adi: lachrimas cernat vt ille tuas.

Inuenies biiuges agitantem in puluere currus:

Aut premere armatum terga fugacis equi:

Tractantem galeas/gladioſqꝫ/et miſſile robur.

Verſantem hoſtiles morte fauente vices.

Quicquid agat/pete Muſa virum/pete protinus iſtū

Nulla verecundi ſigna pudoris habens.

Viderit has lachrimas; diſturbatoſqꝫ capillos:

Viderit in teneras vnguibus iſſe genas:

Ingemet.et dicet / que noſtrae gloria gentis.

Cauſa mouet fletus tam impetuoſa tuos?

An dolet Vlricus iterum Sorte actus iniqua?

Et tandem in caſus incidit ille nouos?

Incidit exclama: lachrimaſqꝫ exterge profuſas.

Atqꝫ vtinam conſors/dic/foret ille tibi?

Francia orientalis

Studium Huttenorum

Loſſiana iniuria.

Hunc iuuenes ſaeuo defectum ſoluere vites/

Quartana corpus diſcutiente febri:

Et tandem varios paſſum/velut ante/labores:

Aptantem fortes in ſua fata animos:

Loſſius inuaſit raptor. iuuenemq; ſuperbum/

Heu mihi q̄ triſti contudit inuidia.

Dehinc vbi depromis miſerandam ex ordine cladem:

Duc age cum lachrimis ſingula verba ſuis.

Puellae Difficile eſt blandas non exaudire puellas:

Saepe hee conſtantes depoſuere animos.

Gratia ineſt illis: et habent quo ducere poſſint.

Et potes eſſe illa tu quoq; parte valens.

Nuſq̄ aberit. nuſq̄ tactas auerterit aures:

Inq; tuas tandem ſentiet ille preces.

Quam tamen implores vindictam: iniuria poſcit.

Et ſatis ipſa in ſe eſt cauſa mouere potens.

Tu quoq; ſubde locum: faciemq; oſtende/ modumq;:

Quo veniat noſtris vltio digna malis.

Ipſe ſciet merito fieri: ſed neſciet artem

Tu doce: et hec lachrimis adijce verba tuis:

Eſt vrbs/in veteri Francorum condita bello: | Francophordiū ad menū

Nunc quoq; ab antiquum nomine nomen habens:

Per mediam ſe Menus agit: pontemq; ſubintrat:

Nec procul hinc Reni vaſta fluenta petit:

Menibus alta ſuis/domibuſq; extructa ſuperbis:

Multum etiam populi laude ſuperba ſui:

Hanc Scytha cū Daco/Rhodopeſq; habitator 7 hemi:

Hanc Macedo/et Graiae finibus ortus humi/

Hanc Aſie cognatus adit: venit Apher ad illam:

Gallus/et Hiſpanus/Perſes/et Aſirius.

Vndiq; tot gentes adeunt/populiq; frequentant:

Emporium omnigenis mercibus illa patet.

(Tempus enim notum eſt) pater huc q̄ꝫ Loſſius ibit

Tu preme ſeruatas obſidione vias. | Quid de loſſio agendum

Caeperis/includas. neq; enim confodere cautum eſt.

De ſumpto penas ipſe poeta feret.

Hec age. et obſerua/ſi quid tangatur ab illis:

Si nihil: hoc iterum/quo moueatur habes.

Collige geſta viri/claraſq; ex ordine pugnas.

Illius in laudes area lata patet.

Iuit in aduerſos furibundo Marte Sueuos:
Et pulchras Franci preſulis auxit opes:
Diſpulit hinc Bauaros: atqꝫ illinc pertulit Heſſos.
Ipſe ſuas gentes Venus adire tulit.
Deinde per oppoſitas Solimorum ad moenia gentes
Appulit: et rubri littora ſicca maris.
Vidit opes Italas: et eodem tempore Graias:
Vidit in Heſperio conſita regna freto.
L. Hutteni peregrinatio
Vidit et Epirum / Corciram / Ithacamqꝫ Vetuſtam /
Amplaqꝫ Pelleo regna relicta Duci:
Iſthimacoſqꝫ ſinus / centumqꝫ per oppida Crete /
Extulit in Paphiam linthea panda Ciprum:
Atqꝫ inter poſitas Aegeis Cicladas Vndis:
Et Rhodon / et Delum Carpathioſqꝫ ſinus:
Huic tandem reduci / frondentem ad tempora laurum:
Notum eſt Ceſarias impoſuiſſe manus:
Hec Vbi pertuleris: non Vilem Loſſius hoſtem
Sentiet: et ſpolijs ingemet ipſe ſuis.
Atqꝫ erit / Vt tandem precibus contendat amicis:
Cui nunc nulla ſatis ſaeuicia eſſe poteſt:

# Ad Vlricum Mauonium Gri-peſualdenſem optimum amicum.

Quicquid amice mihi crudeli loſſius auſu,
Intulit: Vt ſpolys ſeuyt ille nouis:
Ante mihi (memini) dicebas / ante monebas:
Ne vellem infido credulus eſſe viro:
Narrabas ſimiles / quas ſumpſerat: ante rapinas.
Et potui monitu cautior eſſe tuo.
Saepe tamen dixi / vincet pacientia / vincet. — Pacientia Hutteniana
Donec ero facili iurgia mente feram.
Viderit haec placide nec moto corde ferentem:
Ingenium tandem mitius illud erit.
Nec bene certabit / niſi cauſa mobilis vlla:
Que nulla ex nobis / vt moueatur / erit
Tu tamen inſtabas: iterumque ex corde monebas:
Si ſapis / aiebas / prouida corda gere.
Vt nihil inſtiges / haud facto / haud leſeris ore:
Inueniet qua te puniat arte tamen.
Ipſe ſibi cauſam dabit / inuenietque: quod obſit.
Atque aliqua ſaltem fraude nocere ſciet.

Tu nihil offendes: cauſa tamen ille nocebit.

Ne noceat: magna eſt cautio habenda tibi.

Loſsius verſipellis.

Ille tamen / quia blandus erat / quia ſepe bilinguis:

Detinuit vultus calliditate meos.

Heu mihi / tot monitis / et amico hortamine nondū

Nobilis / erraui crudelitate mea.

Et tamen erraui: venia ſum dignus in illo.

Non ſpreui monitus dulcis amice pios.

Fidus eram nimium nimium pacienter adheſi.

Que culpa eſt: Virtus hec eadem eſſe poteſt.

Da veniam: neq; enim ſpreui monituſq; fidemq;.

Da veniam: non eſt: cur mihi abeſſe velis.

Crede mihi: nihil eſt / cur iraſcaris Amico.

Tu culpa / ſiqua eſt / non moueare mea.

Hutteno luditur.

Adde rei euentum: vel quod mihi luditur vni.

Si culpa eſt: noſtro contigit iſta malo.

Sed ſcio: quid potius de me ſtatuaſq; veliſq;.

Fama eſt / in ſpolijs te genuiſſe meis.

Fama eſt / continuas egiſſe in fletibus horas.

Et moeſta foedum mente tuliſſe nefas.

Mittitur huc etiam triſtis tua littera dextrae:

Littera flebilibus vix bene facta notis:

Nulla mora in nobis/tua viſa iniuria noſtra eſt:

Non poſſem fidei certior eſſe tuae.

Ergo ego perpetuas agitabo in pectore grates:

Duret vt ex merito ſollicitatus amor.

## Ad Nicolaum Marſchalcum doctiſſimum virum

I mea/nec longos obeundo congere paſſus:

Muſa/Cothurnato ſuſcipienda viro.

Inuenies illum placidas tractare ſorores:

Inuenies grauium ſoluere ſcripta virum. Marſchalc' Coſmographus.

Et iam forte vagas depingit in ordine terras:

Cumq; mari/ſiluas/flumina/rura/lacus:

Et gentes/quauis celi regione repoſtas/

Totq; vrbes/graphico digerit in radio.

Dum licet · accedas/et quo licet ore saluta·

Non eſt: quem metuas reddere dura tibi:

Vt tamen admiſſa es/et te mandata iubebit

Edere/fortunas ordine pande meas.

Pande graueis morbos/varios expone labores:

Dixeris: erumnas ingemet ille meas.
Vtqꝫ malis olim tulit ipſe ſimillima noſtris:
Dum leget / in promptum cauſa doloris erit.
Vtere ſorte tua: cui nunc fortuna ſecunda eſt:
Quem leuat ex longo parta labore quies.
Vtqꝫ tibi domus eſt / Et blandi muneris uxor:
Et graue ſub tanto Principe nomen habes:

Sub princi pe Magno- polen̄.

Dignum illis animum gere: et alto pectore gaude.
Quid iuuat in macra degere triſticia?
Si tamen eſt: cur forte velis triſtarier eger:
Triſtitiae cauſam noſtra rapina dabit.
Non equidem / vt vigiles conſumas fletibus horas:
Sed quo more licet triſtibus eſſe viris.

Fortune Hutteniane acerbitas.

Et quis non doleat? nec caſu moereat illo?
Quis poſſet noſtris laetus adeſſe malis?
Nunquam aliquis potuit peius ſuccumbere nobis.
Nunquam aliquis potuit perditus eſſe magis.
Loetus eram (memini) fotus melioribus auris:
Et potui patrias fungier altus opes:
Et patrium iactare genus: iactare parenteis:

Spemqꝫ aliquam Vegeto ſumere ab ingenio:
Nunc iaceo in morbo: nunc ſeuo Vulnere anhelo:
Et ſedet in membris Vitaqꝫ morſqꝫ meis.
Huc fera paupertas ſeſe applicat: huc ferus hoſtis
Loſſius/ex ſtygis beſtia nata lacu. Loſſij crudelitas
Qui miſerum morbo preſſum/febribuſqꝫ peruſtum/
Napaltemqꝫ arida Vulnera ſeua manu/
Seminecem patria direpto eiecit amictu:
Nunc etiam aſſidua conficit inuidia.
Intenditqꝫ ſuo nimium crudeliter hoſti.
Inſidias Vitae diſpoſuitqꝫ meae. Loſſiane inſidiae
Actum eſt de nobis: ſi quoquam coeperit aſtu.
Heu mihi/ꝙ ſeuas iactitat ille minas.
Ipſe ſuis manibus tepidum exhaurire cruorem/
Ipſe Volet digitis membra ſecare ſuis:
Percupidus Venas/Validoſqꝫ excindere neruos:
Intima ſanguinea dirimet exta manu.
Vtqꝫ agat haec/plateas/et publica rura peterrat.
Et nullo tutum me ſinit eſſe loco.
Quem quia nil Video ſcelerū pigniſſe priorū:

Vindicta Hutteni

Continuoq; malis inuigilare nonis:
Addam animo vires / deſperataq; reſumam
Pace / cruentatas cauſa agitante faces.
Armabo clarias hidra lambente ſagittas.
Forſitan et telis concidet ille meis.
Quicquid erit / mallem priuata pace teneri.
Non ſinit ille / ſuas eiaculatus acus.
Tu me ne noceam (ceſſauerit ille) monebas.

Loſſius etiā pie monitus

Atq; odioſa tibi ſcripta cruenta refers.
Ille nihil ceſſat monitus: nihil ocia curat.
Inq; dies nobis horridiora parat.
Haec vbi tradideris vati mea Muſa Thuringo:
Ad mea reſcripto carmine tecta redi.

## Ad Lectorem

Loſſius hic meus eſt. hec eſt iniuria lector.
Iam potes in cauſa certior eſſe mea.
Aſt ego / quem moles iamnunc premit iſta malorum:
Quem fortuna ſuo foecit abire ſtatu:
Qui nunc tot morbis / et paupertate maligna /
In ſordes humili conditione feror:

Non tibi de vili (procul hinc iactantia) vulgo
Emerſi: veteri ſtemmate natus eques.
Nota ſatis vetus eſt Huttene gloria Gentis;
Nota ſatis generis ſunt monumenta mei.
Inſignita locis: et rebus ſplendida geſtis:
Et nuſquam fedis obnebulata notis.
Ille etiam: qui me genuit / non prelia tantum
Geſſit / honorato perpetuanda ſtilo:
Multe vrbes illum rebus petiere gerendis:
Conſilio magnos adiuuat ille duces.
Sunt et opes / et digna viro poſſeſſio tanto /
Iunctaque nobilibus edita mater auis.
Si videas arces: ſi conſito in ordine villas /
Iurabis magni principis eſſe domos.
Si comitum turbam / ſi iura domeſtica cernas:
Ille aliquo / dices / fungitur imperio.
Omnia magna ſatis / cultuque inſtructa decenti:
Omnia ſunt verbis vberiora meis.
Hoc ego ſum genitus / quamuis modo vilis et expes /
In varios caſus ſorte iubente ferar:

Huttenus ex equeſtri familia.

Hutteni genitor

Diuitie Huttenianc

Non ſolui patrios liber ſacruſqꝫ penates:

Non ſolui noti rura tenere ſoli.

Peregrinatio Hutteni.

Plus placuit: loca poſſe mihi peregrina ſubire:

Dum vigeat ſtudys laeta iuuenta ſuis:

Dum vigeant omni / ſegetiqꝫ ſimillima veris /

Exhibeant vires tempora prima bonas.

Nuſqꝫ habitare magis quam me delectat vbiqꝫ.

Vndiqꝫ ſunt patriae rura domuſqꝫ meae.

Cumqꝫ alius dulces dubitet liquiſſe parentes:

Nec velit a patrio longius eſſe ſolo:

Me iuuat eſſe aliquid / famamqꝫ extendere factis:

Et tepidum obſcura tollere nomen humo.

Ab exemplo

Hoc fertur Samio tantum placuiſſe Magiſtro:

Vt peteret Pharios / Italicoſqꝫ Sophos.

Hoc etiam conſtat magnum voluiſſe Platonem:

Dum varios Orbis gaudet adire locos:

Fitqꝫ humilis / qui magnus erat / tantoſqꝫ labores:

Qui poſſet placida viuere ſorte: ſubit.

Ergo ego ſum pauper / quoniam hoc diteſcere viſum:

Et quoniam hee vere ſunt mihi diuitie:

Atqꝫ ideo verſor lato vagus exul in Orbe:
Et cupiam inculta ſplendidus eſſe domo.
Velle aliquis ſentire hac me ratione probabit:
Improbat et ceptum Loſſius odit opus. Studiū loſ.
Et tantum manſiſſe domi: bene vivere cenſet:
Dum ſaturat varys pectora delicys.
Dum ſequitur patrias corrupta fronte puellas:
Dum furit in doctos innocuoſqꝫ viros.
Et ſolus dici cupit iſta doctor in Vrbe: Loſſius doctor Bullat⁹
Quos titulos nullo geſtat honore tamen.
Nobilibus platanis/longaqꝫ ſimillimus orno: loſſy levitas
Que ſepe a rapidis decidit icta notis.
Sorte ſua gaudet/tumidumqꝫ e pectore virus/
Non timet in quodvis evacuiſſe ſcelus:
Non mirum eſt igitur: ſi me violaverit illo:
Quo ſepe immundas polluit ante manus.
Nec mirum eſt/quia ſic cecidi: quia fuſus ad imum/
Diſſimilis videor nominis eſſe mei: Attū fortūe varietatem
Ipſa ſuas fortuna rotas/pro tempore verſat:
Et levibus noſtras avibus ambit opes.

Ius illi/quod triſte velit: quod poſcat amenum:

Efficere. et dubias datq; rapitq; vices.

Nuſq̃ firma loco/nec eodem cognita vultu:

Lubrica: et inſigni mobilitate leuis:

Nunc videt aurorae nitidos aſcendere currus.

Nunc videt occiduas hec Phaetontis aquas.

Pulchre — Non aliqua tamen hos motus ratione gubernat.

Omnia femineo ponit in arbitrio.

Falſa/fugax/truculēta/leuis/vaga turbida: pugnax

Miſcet/agit/cenſet/proruit/odit/amat.

Fregit opes Fortuna meas: animumq; reliquit.

Vellet et hunc fractum Loſſius eſſe mihi.

# Vlrici Hutteni aduerſus vtrũ-q; Loſſium Querelarũ Li. ij.

Cce agit in vobis noſtri pars altera fletus.
Da placidam nobis obuia turba manum.
Nec tibi ſit placitum: ſi quid male Loſſius audet.
Audendum eſt / qua nos Iuraq; phaſq; ſinunt.
Sepe fuit Virtus animum committere factis:
Et totum in vires extumuiſſe ſuas.
Sed quoniam immeritas praetendit Loſſius iras:
Et ferus in quoduis effluit ille malum:
Diſpliceant vobis maleſanae iurgia linguae.
Nec moueant odijs crimina ficta ſuis.
Ille quidem tota graditur veſanus in Vrbe: Inuidia Loſſij
Pallidus in mores Ingeniumq; meum.
Euacuenſq; in me genuinos vndiq; dentes /
Torua agit implicitis ora ſupercilijs.
Si quis adeſt: de me meritus bene: liuet et odit:
Inq; meos omneis publica bella parat.
Si quis item nobis non detrahit ore maligno:
Ex merito muſis obſequiturq; meis:

Hunc/ niſi conſenſum dederit perſuaſus amicum/

Impete conculcat/ turbat/ agitq; graui:

Vndiq; ſollicitus de me: Varieq; laborans:

Vt noſtri magnam concitet inuidiam.

Quem mouiſſe potens: monitis niſi forſitan illis

Aſſiſtat ſtudio credula turba ſuo?

Ecce mihi tantos iamdudum impendit honores

Cōdicio hut teni apud Roſtochieñ.

Roſtochium: Et Vates dicar in Vrbe nouus.

Intenditq; meo ingenio ſitibunda iuuentus:

Doctrinaſq; nouas turba frequenter adit.

Aeſtuat ille magis: nec adhuc ſua ſpicula ponit.

Et queritur ſortis ſplendida dona meae:

Sepe quidem monui: ſi quid deſiſtere poſſet.

Vt ſaltem vellet liuidus eſſe minus.

Ille nihil monitis/ nihil hortatore mouetur.

Et ſemper rabida creſcit in inuidia.

Nec ſatis apparet: ſiquem ſpoliauerit illi.

Inq; animi vires inſuper ire parat.

Vellet et in famam ſed debilioribus armis

Nec famae/ tanto nec nocet ille animo.

Pugnet / agat / certet / laceret / fukat / oderit / Stat

Nos tuti noſtro ſtabimus Ingenio.

At tu ſume meas deytre pia turba querelas. Beneuolentiae captatio

Crede mihi / offenſas res habet iſta ſuas.

Siqua tamen pietas etiam iactetur in illis:

Non eſt cur poſſis tu grauis eſſe mihi.

Nunq̃ aliquem loeſi. nunquam in certamina ſumpſi

Tela Licambeae ſanguine tincta notae.

Infoecitq; meas petulantia nulla Camoenas:

Turbaq; doctorum me bene ferre poteſt.

Ille tamen pugnat / monituſq; quieſcere neſcit:

Quiq; ſibi noceat ſuſcitat ipſe rogum.

## Ad D. Theodoricũ de Bulou Epiſcopum Lubuceñ.

Vme Lubuſine preſul ſanctiſſime templi

Carmen: et in patria condita ſcripta tua.

Nec contende diu tecum: quis ſcripſerit Autor.

Non decet ex animo me cecidiſſe tuo.

Ille tibi ſcribit / quem tu dice iudicis aequi

Texiſti indoctae plebis ab inuidia.

Sume animos deteres / priſcumq; agnoſce fauorem.

Quid cadit ex animo fagina Muſa tuo?

Atq; vbi cognoris blandam mea vota ſalutem:

Ad mea conſuetum Carmina pectus habe.

Spes de põtifice.

Ecce meas preſul laetata fronte Camoenas

Accipit: Hutteni plenus amore ſui:

Ecce iubet faciles ſecum reſidere puellas:

Et totus noſtro candet in ingenio.

Dij tibi dent tanti precium non vile fauoris:

Qui memor o longi pectus amoris habes.

Si tamen inquiris/quo me ſors improba verſet:

Atq; aliquam de me ſpemue metune geris.

Loſſius

Tolle/quod inuidie eſt/quaq; arſit Loſſius ira:

Non erit anguſto res fulta ſtatu.

Illa meas inijt furibundo marte Camoenas.

Ille mei multum ſuſtulit ingenij

Ille mei requiem ſtudij placidoſq; receſſus

Turbat/et inſano ſpicula corde vomit.

Aſt vbi confectum telis famaq; ſiniſtra

Impulero coepti penituiſſe mali:

Tota meae dicam placidiſſima tempora ſortis.

Vſq; adeo magnos intulit ille metus.

Cauſa tibi nota eſt: nota eſt iniuria Praeſul

Vtere iudicio tu ſuper iſta tuo.

Neq; tui ſemper/ſi forſan amore recuſas:

Quod ſatis eſt / vero dilige iuditio.

Nec facile a nobis priſcos antiſtes amores

Surripe: tu ſi quo commoueare nouo.

Non facile accedet (qui ſit tibi gratior) alter:

Quiq; tui meriti plus velit eſſe memor.

## Ad Auditores ſuos Roſtoch:

Oſſius infami fultus ſpoliator honore/

Ardet/et inſomni languet ab Inuidia:

Dum Iuuenem Huttenum Muſis ſacroq; labore

Tandem aliqua fungi commoditate videt.

Frendit/et inſultat/fremit/eſtuat/ingruit/ardet/

Deq; mea nimium conditione dolet.

Vosq; meis faciles monitis committitis aures:

Tam dolet hic/ꝙ vos forte iuuare poteſt

Palleat/inſultet/contendat/et ilia rumpat:

Non habet in nobis ſordida rixa locum;

Nos decet effrenes animo contemnere faſtus:
Proq; truci faciles reddere fraude iocos.
Et facile has nugas/facile has contemnimus iras:
Nil nocitura leues tela mouent animos.
Non habet ille tamen: quo iuſte intendere poſſit
Loſſius etiã adhuc ĩuidet
Et cauſa in nobis (qua moueatur) abeſt.
Vos igitur iuuenes mecum florentibus annis/
Si ſapitis/veras carpite mentis opes.
Nec legat in vobis creſcenteis Loſſius annos.
Vtilius ſtudijs conſule quiſq; tuis.

## Ad Egbertũ Harlem hoſpitez ſuum Roſtochieñ.

Vdet in Egberthum calido mea Muſa fauore
Hunc ſoluz ante oculos ponit habetq; virũ
Ex merito venit omnis amor/meruiſſe fatemur:
Et decet accaepto reddere quemq; bono
Q pater eſt mihi: quod genitrix: quod turba ſororum:
Et quantum in nobis frater amoris habet:
Depoſui tecum. tibi me voniq; dedique.
Quicquid aues: de me ſumere iure potes.

Præcipe mox pro te medios proficiſcar in hoſtes: — Gratitudo Hutteni.

Que poſſet noſtras copia ferre manus.

Præcipe vel fluctus vel eam moriturus in ignes:

Nulla mora eſt/pro te cuncta ſubire libet.

Non tamen iſta iubes ſaltem memorem eſſe placebit:

Forſan et hec pietas ſufficit vna tibi.

Dum ruit occiduas Germanus Rhenus in vndas:

Dum petit Euxinas ponticus Iſter aquas:

Dum mare tot terras/dum coelum circuit vndas.

Semper eris menti portio fida meae.

Contigit huc nudum amiſſis diuertere rebus: — Benefitia Egberti.

Quartana preſſum vulnere hiante febri.

Suſcipis ah miſerum/votiſqꝫ accerſis egentem.

Dij reddant anime munera tanta tuae:

Pone leues igitur laudes/blandumqꝫ laborem/

Deſine nil meritos tollere Muſa viros.

Totas iſte tuas meruit pro tempore vires:

Iſte feret: ſi quid carmen honoris habet.

O facilem pietate virum/nil mente ſuperbum

O ſemper laudi corda ſeuera ſuae.

Te meus offendit quoniam in me Loſſius ardet:

Tu primum erumnas commiſerate meas.

Aeger eram dederamq; graui membra egra grabato:

Tu petis ah morbo ſordida tecta meo.

Copia nulla cibi: menſis inducis opimis.

Tu mihi delectas ponis amice dapes.

Per tua reſpirant arentes pocula fauces.

Tu Vacuas leto ſufficis aere manus:

Nunc quoq; (ſi quicquaz grauius ſuccedere Viſum eſt)

Multa doles/noſtris motus amice malis.

## In philopompū quendam

Sume animos iterum: et tepidū mea muſa timorem

Feminoq; leues excute corde metus.

Non tamen Vt pugnes/aut quenq̄ prima laceſſas:

Sed ſit Vt ex monitu cautior ille tuo.

Si mihi notam animi faſtus/ſimulataq; Virtus:

Faſtus philopompi.

Vix etiam acceſſus perferet ille tuos.

Tu tamen accedas/et quo licet ire: fereris.

Non omnes leuibus dimouet ille minis.

Terreat imbelles: et inania pectora pulſet:

Nos aliquid noſtro fidimus ingenio.
Non omnes mordacis agunt conuicia linguae.
Saepe quid aduerſos ſubſtitit ante notos.
Quid tibi cum teneris oſor Philopompe Camoenis?
Quid petis immiti Muſica ſacra manu?
Qui profugum Huttenum, toties ſua fata gementem:
Infeſtas odijs Inuidioſe nouis?
Si bene ſuccenſes: nec iniquo duceris auſu: Quare ledat occulte.
Et cauſam in nobis que tibi preſtet habes:
Non opus occultas in nos committere fraudes:
Sed potes hec patulum ponere in arbitrium.
Certum eſt nocuiſſe mihi: Voluiſſe nocere:
Certum eſt rumores attenuaſſe meos:
Multaq; de nobis lingua ſtatuiſſe ſeuera:
Que nolles coram propoſuiſſe mihi.
Pone tuae freno admoto conuicia linguae.
Pone precor duram / ſi potes / inuidiam. Admonet philopompū
Aut ſi forte nequis: et te quid ledere oportet:
Si non Vis nobis parcere: parce tibi.
An iuuat huic rabidis moliri incōmoda Verbis:

Quem notum eſt nunquam ſic nocuiſſe tibi.

Quiqꝫ tuas laudes aequo diſperſit honore:

Et qui omni de te ſuſpitione vacat?

Laudaui vultumqꝫ tuum / geſtuſqꝫ ſerenos:

Laudaui mores Oſor inique tuos.

Omnia pro rebus: fictoqꝫ ex pectore nunquam:

Saepe tuum magni fecimus eloquiū.

Non tamen iſta tuum nobis cauſentur amorem:

Et ſit in obſequio gracia nulla meo

Innocenter laeſus.

Quid petis innocuum nihil in tua iura ferentem?

Et nulla aduerſum conditione tibi?

Si te laudis amor lacerandiqꝫ atra cupido /

Spem lucri rabidam cogit in inuidiam:

Inuideas / ſi quis meliori congerat auro.

Emanaturas tempore diuicias:

Inuideas fame: ſi quis meliore fruatur:

Et ſiquem ſimili loedere more potes:

Nos tenuis victos / et famae portio quanta.

Non ſinit excelſis officere ingenijs.

Nec potes ex iſto ſpolium decerpere bello:

Archanos (neſcis) res habet iſta metus.
Sunt etiam nobis animoſae in praelia vires:
Et tela vltrici diſcutienda manu.
Nec leue de noſtro ſurgit molimine vulnus: Tela poetarum
Linet/et abſq; omni plaga relanguet ope:
Quam neq; reſtituat mixtis Podalirius herbis.
Nec Phoebi patria curet alumnus ope.
Quam male componant docti medicamina Crinae.
Quae refici Coo nolit ab Hippocrate.
Verte animos: ſunt et noſtris ſua vulnera telis. Terret philopompum.
Et nimium duris ſcimus obeſſe modis.
Aut: ſi nulla tibi pietas: et ledere queris/
Et requiem ſtudijs non ſinis eſſe meis:
Addam tela tuis: atq; arma coacta reſumam.
Adiuuat inſultus tam bona cauſa meos.
Addam marte vices: auſuq; remetiar auſus
Et reprimam ſtigias in tua terga faces.
Quid tulit e vobis violenta loſſius ira: Mētio Loſ.
Expertus vires in mea fata ſuas?
Hunc ego perfregi/totumq; ſub infima merſi.

Si ſapis / exemplo cautior huius eris.

Si poſſent leuibus peragi mea pectora telis:

Loſſius iſte mihi / quod cupit eſſe / foret.

Sed quia nequicq̄ veſtris inuadimur armis:

Conſultum eſt telis abſtinuiſſe tuis.

## Ad J. Crotū rubia. magis. ſuū

Otus amor noſtri / tentataq; federa votis

n Me ſortem hanc vatys inſinuare iubent.

*Ignotis nō conquerendū*

Quid velit hoſpitibus peregrinam oſtendere fraudem?

Aut cladem / qua tu nil moueare: queri?

Vix etiam hec veros lachrimis inducet amicos:

Ut ſolet a flamma proximiore domus.

Ecce ſedet Muſaſq; inter / pulchroſq; labores /

Et noſtri curam Crotus amicus habet.

Huic nihil hoc toto ſemoti ſcripſimus anno:

Ignaro / que me nutriat ora vagum:

*Nihil Croto ſcriptum.*

Ignaro / qua ſorte fruar / quibus vtar amicis.

Et tamen in caſus aeſtuat ille meos.

Dy tibi tantum animum meliora in tempora ſeruent:

Qui potes o noſtris condoluiſſe malis:

Nec Vetus oblitus fraterni foedus amoris:

Diluis alternum pectus in officium.

Me tua quaeſitum bibuli Saxonis ad Vrbes — Crotus Hut teni ſollicit⁹

Miſſa eſt ſollicitis littera facta notis.

Venit et ad Scythicos Germano in littore Cimbre

Et prope Pomerijs nuncia fama locis.

Marchia me tellus nuſquam reſpondit euntem

Nec facta eſt Votis Francia fida tuis.

Vndiqꝫ ſcrutanti/que me ſua foedera Tellus

Nutriat: aut qua nam condiciane fruar:

Difficiles caſus /et duras Vndiqꝫ clades /

Pande coloratis cartha referta notis.

Decidet: Vt noſtrum feruenti pectore nomen

Viderit: et ſubiti corda ſtuporis aget. — Quantus i amicicia Crot⁹

Decidet: Vt tandem lectis ex ordine ſcriptis/

Agnorit noſtrae nuncia triſticiae.

Pone graueis animos: letumqꝫ in fine malorum

Pectus habe/o mentis portio fida meae.

Pone graues animos. melior Fortuna ſequuta eſt.

Et poſſum elapſi neſcius eſſe mali. — Exponit for tunam ſuam

Si qua tamen supereſt : hanc ſolam Loſſius iram

Concitet : et motis cauſa ſit haec furys

Hunc tu in bella voces ( cum ſis in caetera clemens )

Nolitum toties omnia dura mihi :

Loſſiana iniuria omniuꝫ malorũ maximum.

Aſpera multa tuli : que tunc grauiora putabam .

Omnia duricie : ſuſtulit ille ſua

Hec quoqꝫ / que tecum priuata ſorte ferebam .

Poſt veteres caſus ſtat nouus iſte furor :

Tanto alys trucior / quanto leo caetera vincit .

Cum bilem huic torto verbere cauda mouet :

Loſſius effrenes ſimulate vocis hienas

Vincit / et immittes efferitate leas .

Loſſius et Tygres et ꝯpena animalia vinc;

Et magis Attalicis aeſtuat ille feris .

Quantus hic inſidys tamen eſt : quantuſqꝫ furore :

Quantus vbi inſanum turbine pectus agit .

In me tantus erat / tantaqꝫ efferbuit ira :

Quaqꝫ poteſt iamnunc arte nocere parat .

Fortuna Hutteni apud Roſtochium.

Quid tamen efficit ? niſi quod mutauit euntem .

Vt poſſem efferri commodiore ſtatu.

Res tulit hic paruas: vt multo plura tenerem.
Dum nocuit: damnis offuit ille meis.
Nunc igitur triſtes conſumit liuidus horas. Atteñ Loſſij inuidiam.
Et quia non potuit ledere: poſſe cupit.
Nulla quies illi. noctes vigilantur amarae:
Dum. ſolitas animo concipit inſidias.
Luce operũ vacuus / niſi quod mihi obeſſe putarit /
Nil agit: et ſtudijs abſtinet ille ſuis.
Inſano liuore macer / caecoq; veneno
Pallidus / atq; intra viſcera rupta miſer.
Non cibus eſt illi gratus: menſaq; reponit
Vix bene libato pocula ſumpta mero.
Ante oculos illum tanquam mea perſtet imago:
Terret et hanc ſe iam coram agitare putat.
Quando igitur nihil hunc commiſſi penitet huius:
Et ſemper fraudes ardet inire nouas: Qd Loſſius placari non poſſit.
Me decet vlciſci: et caecos ſtimulare furores.
Vt tandem inuidia tabeat ille ſua.
Tu quoq;: ſiue pedes numeris integer emalis:
Siue placet ſcriptis vt pede liber agas: G

Ede aliquid. ſed rumpe moras. impelle nocentem

Nunq̄ animum melius exacuiſſe potes:

Ille quidem furit: et vetitis nihil imperat auſis:

Dum furit: in medio ſiſte furore moras.

Qui nihil innocuis ſanctoq; pepercit honeſto:

Huic te nulla ſinunt parcere iura viro.

## Epitaphium M. Jacobi

Pauer optimi viri.

Flete meae et maeſtae: et lachrimas cōfundite muſe

Et rigido teneras vngue ferite genas:

Ille mei ſpecies ille auxiliator honoris

Pulchram animam coecas condidit in tenebras

Patria Jacobi — Roſtochium ſtudijs/ patria Lubecia fouit:

Oppida Germano nobilitata ſolo.

Jacobus olim mercator — Ipſe vagas merces primis exercuit annis:

Et didicit vafrum multiplicare ſtipem.

Poſtubi compertum eſt/ perituri gaudia mundi/

In ſe victurae lucis habere nihil:

Sprevit opes rerum: poſitaq; cupidine lucri/

Maluit aeternas querere divicias.

Ergo illi ſpreto fallocis foenore nummi/ Factus ſacerdos
Aſſumpta eſt diui cura ſacerdotij.
Ne tamen oratis tantum ſacra poneret aris:
Et daret aſſiduas in ſua thura preces:
Decretum eſt teneram ſtudijs ornare iuuentam:
Et velle ijs animos erudijſſe rudes:
Atqꝫ vt ei pacta eſt lunenſis cura cathedrae. Iac: gymnaſij lunenſis Rector.
Edocuit pueros/edocuitqꝫ viros.
Nunquam luce vacans: nunq̄ ſine marte quietus:
Semper agens varijs ſollicitudinibus.
Exemplum vobis iuuenes aetate ſequendum: Sequendus Iacobus
Qua legitis vitae commoda quiſqꝫ ſuae.
Ille videns luxus/iras/diſcrimina/caedes/
Molliciem/caſus/iurgia/furta/dolos/
Quaſqꝫ ſenes curas quaſqꝫ illaqueata iuuentus
Voluimus: et varias ſortis in orbe vices:
Difficileſqꝫ ortus hominum: et breue tẽpus honoris Atteñ mũdi vanitatem
Vanaqꝫ: diuicias/ſtemmata/regna/duces/
Coniugiumqꝫ recens: et pignora chara parentum:
Et ſtata queſitis ocia parta bonis:

Ille videns liquam fragile et ſine nomine corpus:

Vitamqꝫ hãc: que poſtquã creſcere caepit: abit:

Et faciles veritis animos: in agenda rebelles:

Et tantum duris cuncta paranda modis:

Praecipiteſqꝫ annos: et poſt ſua robora canos:

Et ſtabiles nulla condicione dies.

Perſimiles paleis / ventoqꝫ fugacibus vndis:

Perſimiles vmbrae / roboreiſqꝫ comis:

Ille videns vnum exitium iuſtiſqꝫ / maliſqꝫ:

Non eadem extremi praemia iudicij:

Studiũ Iacobi Pawer Deſpexit: ſiquid propius mortalibus eſſet:

Concoepitqꝫ animo fertiliora ſuo:

Deditus ingenio: ſolius cultor honeſti.

Nuſq̄ animo / nuſq̄ relligione vacans

Et pius / et clemens / et vani exactor honoris:

Nil peregre cupiens / ſollicituſqꝫ ſui:

Supplicibus facilis: charos adiuuit amicos:

O quantum rebus profuit ille meis.

Notum eſt in morbo noſtros genuiſſe dolores:

Notum eſt in caſus collachrimaſſe meos.

Triſtis erat: ſi quis noſtrum non carperet hoſtem

Saepe illi in docto Loſſius ore fuit.

Damnabat ſcelus enorme/ſpoliumqȝ nephandum:

Damnabat/ſiquid triſtius eſſe poteſt.

Heu nihil exemptum/nihil in hoc tempore tutum: Exclamatio in Mortem.

Omnia fracturae mortis in arbitrio:

Si potuit Virtus claro ſupereſſe decore/

Quid iacis in tantum Mors tua tela virum?

Prorue de vulgo quemquam ſit viuida virtus.

Tu nihil in vero numine iuris habes.

At quia non ſtandum eſt/ſed in hac etate cadendū:

Et nihil incerto eſt certius exitio:

Et quoniam nihil eſt aeuo vt ſperemus in illo: Omnia hic tranſitoria

Omniaqȝ ad nutum mors agit iſta ſuum:

Pone tuas lachrimas/vanoſqȝ intercipe fletus.

Quale illi fuerat/tu quoqȝ corpus habes:

Quod tamen hic Juuenis cecidit viridiqȝ ſub aeuo

Vertitur in lachrimas noſtra camoena nouas

Sed tu qui tranſis: ſaltem vt tranquilla quieſcant

Oſſa/petes/lachrĩas nil cupit ille tuas

Vtq; aliquo ſacrum cultu venerere ſepulchrum:

Quattuor admiſſa carmina fronte legas.

Epitaphiũ. Hic iacet extinctus validis Jacobus in annis

Vir bonus: et magno preſbiter ingenio:

Qui (ſi diviciis/morum probitate/vel annis

Reſtitui poſſet vita) ſuperſtes erat.

Ite graves tanti Manes ſalvete ſepulchri.

Suſcipiat prompto vos deus ipſa ſinu:

Ite reviſuri magnorum archana deorum.

Jam dabitur vita proſperiore frui.

## Ad Eobanũ Heſſum vivaciſſimum Poetam.

Heſſe Cothurnati divine poematis autor:

Heſſe tui vates gloria prima chori:

Siqua tibi veteris permanſit cura Sodalis:

Et potes Hutteni iam memor eſſe tui:

Accipe ab extremo Germani littoris Orbe:

Atq; in Pomerio condita ſcripta ſalo.

Fortunaſq; meas vultu cognoſce ſereno:

Si quod adhuc priſci pondus amoris habes.

Qd tibi nulla meae delata eſt littera dextrae: Cur Heſſo ra ri⁹ ſcripſerit
Qd tibi tam longo tempore nulla ſalus:
Non ea culpa mea eſt. ſed que conatibus aequis:
Sors levis inſano contrait imperio.
Que tacite noſtras ſecuerunt tempora mentes:
Omnia ſunt nigris inficienda notis:
Tota mihi morbo peregre traducta/ fameqꝫ:
Tota mihi in foeda condita pauperie.
Ille ego: cui pater eſt vel eques vel diuite cenſu
Cui fama eſt claros nobilis inter auos: Huttenus ad īfimū deiect⁹
Quicqꝫ aliquid didici Muſis et Appollineꝫ dignum
Et cuius magni tu facis ingenium:
Ore cibum petij peregrinas pauper ad edes.
Nec puduit luteas ſollicitare caſas.
Ante fores ſomnum gelida ſub nocte petiui:
Vix raro ſurdas iuſſus inire domos.
Rebus egens/ preſſuſqꝫ graui miſer omnia febri/
Pene eadem vitae cura neciſqꝫ fuit.
More viros noſtro potuiſſem querere doctos:
Impedijt coeptam peſtis amara viam.

Et quoties ſolui / toties magis illa furebat :

Ne foret hac vna ſpe mihi certa ſalus .

Gripeſualdū Sum tamen hinc tandē Pomeranā ereptꝰ ad vrbē

Que priſca indigenae nomina Griphis habet .

Paſſus eram leniter / ſed tunc grauiora ferendo :

Incoepi veteris neſcius eſſe mali :

Loſſij feroci tas. Loſſius his natus / cumq; patre nepharius autor :

Loſſius Etnei ſenior imbre freti .

Quē potes / et Tygribus toruiſq; aequare colubris

Quem poſſes Libicas antelocare leas :

Cui nihil humanum eſt : cui ſaeuuꝫ marmore pectꝰ.

Cui riget innata debile rupe caput .

Primum erat ille mihi ſimulata fronte benignus :

Vt caperet tacitis credula turba dolis .

Hoſpiciū Loſ ſianum. Hoſpicioq; ſuas peregrinum accoepit in edes .

Et que ſperarem / multa daturus erat .

Promiſſa capiebat ope. inſtigabatq; amore :

Quem grauis in vultu praetulit ille ſuo :

Nondum certus eram famae / exemploq; peritus :

Necq; qui me fida mente moneret erat .

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-127989-p0070-7

Aſſuetas igitur paulatim intendere fraudes
    Coepit. et has primum diſſimulabat acus.
Deinde nihil ſimulans / ſpem fruſtrabatur inanem;
    Iam nihil occultos auſus inire dolos.
Siquid erat / quo me poſſet / Velut ante / iuuare;
    Abſtinuit palam commoditate mea.
Difficilem acceſſum / reſponſaq; dura ferebam: — Iniuriae loſſianae
    Suſtinui tumidi iuſſa ſuperba Viri.
Suſtinui archanos in noſtra negocia riſus.
    Et coepi infectos diſſimulare iocos.
Saepe etiam nocuit. Veraſq; exercuitq; iras.
    Quelibet huic odij non mala cauſa fuit.
Prodidit inuidiam facies Vultumq; ſiniſtrum.
    Et ferus in toruo ferbuit ore furor;
Vna ſalus abyſſe fuit. ſed et ille Vetabat — Abitus hutteni.
    Iure ſuo / Vt ſumpto debitor ore fui.
Saepe tamen monitus / tandem diſcedere iuſſit.
    Et notum eſt abitus ſponte tuliſſe meos.
Bruma fuit / ſolitoq; magis Vis frigoris ingens: — Facinus loſſij.
    Cogebar tamen hanc continuare Viam.

Vix modicum progreſſus eram: campumq; tenebā:
Cum ſenſi occultos verba fuiſſe dolos.
Ecce ruunt equites: inſtantq; minacibus armis
Sumitur e nobis quanta rapina fuit.
Deripiunt veſtes. et toto corpore nudant /
Turba nihil morbos commiſerata meos.
Loſſius rap. Juſſerat hoc ſceleris commentor Loſſius huius.
Juſſerat: et fieri quod iubet ille decet /
Vtraq; iura docens / et tanto conſule natus.
Oſtendam tamen hoc non decuiſſe ſcelus.
Nil ego de famulis querar / vt facientibus illud.
Cogitur a domino ſubdita turba ſuo.
Ipſe dabit paenas commiſſi loſſius autor.
Ipſe erit ingenio iuſta rapina meo.
Huttenus commotus Vertitur in ſubitum mitis natura furorem:
Et mouet iratum tam bona cauſa animum.
Arripui calamum. rapiorq; furentibus auſis.
Deprecatur inuidiam. Da veniam coeptis magne poeta meis:
Ipſa ſuam poſcit vindictā iniuria. nec me
Vlciſci hoc alia condicione decet.

Tu quoqꝫ ſic laeſus frueteris talibus armis :

Quem memini duris ſaepe nocere modis .

Quem memini meritum vertentem in carmīa telū

Laxa magis moto fraena dediſſe animo :

Et ſtygias mouiſſe faces : ſumpſiſſe furorem :

Et totum telis incaluiſſe tuis .

Queris:an hec maneat quam tunc fortuna ferebam — Fortuna hutteniana

Pone metus : pulchrū eſt res mea nacta ſtatū

Nondum conualui totus : vireſqꝫ recoepi :

Spes tamen eſt ratior ꝙ͂ fuit ante mihi .

Roſtochiam ſpolio deueni nudus in Vrbem :

Inueni doctos qualibet arte viros .

Inuenī faciles / et libertatis amicos :

Omnia pulchra magis credulitate tua .

Sic me iuuerunt : ita ſum ſuſceptus ab illis : — Quomodo Roſtochīj ſuſceptus

Vt videat patria non procul eſſe mea :

Hec mea fortuna eſt . ſed loſſius ilia rumpit :

Et fede noſtri pallet ab inuidia .

Exercetqꝫ nouas ſucceſſu temporis iras .

Nec video culpae penituiſſe ſuae .

Penituit: ſuus ut princeps iraſcitur illi:

Et quia tantorum eſt conſcia mens ſcelerum:

Deinde mei cunctos quia commiſeratio coepit:

Nec ſua noſtri uiuit in urbe fauor.

Quod ad ſcribendum cōpellatur

Huic igitur pareas? aut me paruiſſe iubebis?

Et potes hoc aequo pectore ferre nephas?

Eſte procul timidi: quiq3 omnia fertis inulta.

Diluat offenſas mens agitata ſuas.

Et quoniam magna eſt ultricem iniuria Muſam:

Excitet in famam raptor inique tuam.

At tu magna tui pars Heſſe fidelis amici/

Qua decet hec ſaltem crimina mente feras:

Nil metuens: ne qua priſcos oblitus Amores

Defuerim ſcriptis/tempora longa tibi.

## Ad Joannē Loberingum patronū ſuum in cauſa Loſſiana

Muſarum atq3 omnis cultor Loberingus honoris:

Quem decet humano ponere in ingenio:]

Palladis et Clary Loberingus Appollinis ardor

Phocaica dignus tempora fronde tegi.

Qui carmen qui lege facit noua ſcripta ſoluta:
    Quiq; aliquid nitido perficit eloquio:
Ille inquam tantus tantiq; decoris amator/
    Sponte ſua cauſam format agitq; meam.
Iamq; ſuas leges animo repetente recenſet:
    Et ſpoliatori iura timenda meo.
Hoc duce iudicibus iniuria noſtra ſeueris
    Panditur et lectum fertur in arbitrium.
Frendit/et inſano furit autor Loſſius ore:
    Et dolet in partem quemlibet ire meam.
Ille nihil monitis/nihil hoc perterritus hoſte — Patronus Hutteni
    Suſcaepit noſtri iura patrocinij.
Ille meam quouis moderatur iudice cauſam.
    Iamq; ſua tabulas condidit ipſe manu.
Et mea ſubſcribit poſito inſtrumenta ſigillo.
    Nuncq; ore ſcriptis nunc agit ille notis.
Quod meritũ/que cauſa virũ/i mea cõmoda mouit
    Quando alius vaſtas polliceatur opes:
An tot opes ſuperant? an tanta pecunia noſtra eſt
    Vt poſſim hoſtiles vincere diuicias?

An ſpes eſt illi in tam iuſte commoda cauſae ?

Proqꝫ ſuo quicquam ferre labore cupit ?

Quid moue at Loberigũ

Non merui quicquam / neqꝫ iã dare munera poſſum

Juſticiae ſolum diligit ille decus .

Atqꝫ igitur miſero fit defenſator amico:

Tam turpe intactum ne videatur opus /

Neue ſuas fruſtra tentarit Loſſius iras :

Juſticiae laxis expaciatur equis .

Heu mihi / q̃ timeo / ne tandem coedere cogat :

Cum meus immenſas penderit hoſtis opes /

Atqꝫ ego tam longe a patrijs diſcretus amicis /

Non habeam dictis omnia temporibus /

Neue egeat ſumptu tandem Loberingus in illo .

Et queat Hutteni tedia ferre ſui .

Sed facile ex noſtro tam vilem corde pauorem

Suffers / pollicitis dulcis amice tuis .

Jamqꝫ nihil dubito / quin tu ſatis omnia poſſis .

Et potes / et partis te decet eſſe meae ;

## Ad Poetas Germanos

Grande Elegia iterū/nec onus vulgare ſubibis.

Semper habes tua quod crura fatiget iter.

Tu tamē ire para: et noſtris nil detrahe iuſſis

Hoc mihi non vilis munere ſurgit honor:

Labere per totos commiſſo Teutonas orbe:

Et patriae gentes/ruraq; culta meae.

Non: ꝙ ibi merces fuluum tibi congerat aurum: Cathalag' ſcriptorum Germano:

Aut loca ꝙ videas cognita ſaepe prius.

Sed pete Germanos ex ordine quenq; poetas.

Patria vel quos hoc nomine terra colit:

Vt quemq; inuenies: pro condicione ſaluta:

Non referendus erit omnibus vnus honor.

Pars onerat Claria viuacia tempora lauro.

Pars vegeto ipſa ſibi conſuluit ingenio.

¶ Qua ſe Warna celer vicinos fundit in agros Warna flu.

Et prope dux arcem Magnopolenſis habet: Meckel pur.

Marſchalcus faciles ſtudiorum pondere Muſas Nicolaus Marſchalc'

Suſtulit. hunc ego nil grande latere puto.

Carpathus in flauos rapido ruit amne Prutenos/

Iſtula: Dantiſcae dū petit vrbis op'. Iſtula flu. Dantiſcū op

Criſtophor' Suchteniuſ

Illic Suchtenius meritos deſcripſit Amicos /
Iam procul a patria ſarmata factus humo

Eberhardus Werberius

Werberiuſq; celer : quo non velocior alter
Acceſſit cupido Muſica tranſtra pede .

Odera flu.

Hinc tibi regreſſae ( ni erraueris ) obuius ibit :
Odera cum nymphis numinibuſq; ſuis .

Francophor diū cis oderā

Urbs eſt ad fluuij ripas : ubi Marchia tellus
Tenditur ad fines lucide Eoe tuos :

P. Vigilā tius .

Nomine francorum portus Vigilantius illic
Muſarum culto tradit ab ore decus .

Hermannus Trebelius .

Trebeliuſq; meus Pomerano cum grege vates :
Qui ſcribit lepidis cultū Epigramma modis
Hic mihi non patria tantum ſociatur eadem :
Vix animi voto iunctior alter agit .

Joannes et Alexander Oſthenij

Hoc duce res vatum augetur. iamq; impiger ille
His ſtudijs iuuenes extulit Oſthenios .

Sleſia

At Phaetonteū porrecta Sileſia ad Ortum
Non nihil in noſtra laude decoris habet .

Laurentius Coruinus.

Hic faciles Elegos Coruinus protulit Autor :
Qui patriam Muſis ingenioq; fouet .

Buſta Sigiſmundi tamen hic venerare poetae — *Sigiſmūd' Fagilucus.*
Intempeſtiue quem dedit hora neci.
Rura Bohuſlaus montoſa Bohemicus ornat: — *D. Bohuſlaus de haſſenſteyn. Baro*
Ipſe decus variae nobilitatis habens.
Ingenium veloy / et nobile ſtemma parentum /
Huic dedit: et pulchras Antias addit opes.
Et patriae conſors / apud hūc / mihi Sturnus amicū: — *Joannes Sturnus*
Francorum cuius nomine vulgus ouat
Hos vbi contigeris: tractu Eyteluuolphus in illo — *Eyteluuolphus de lapide eques auratus.*
Precipue veniet nobilitatis eques.
Qui motos inter bellorum ſtrage tumultus /
Ceſariaſqʒ acies / Teutonicaſqʒ manus /
Praeliaqʒ / et ductas effuſo ſanguine turmas /
Cum Muſis placido permanet ingenio.
Sed noti ad ripas Albis / Saxonibus agris / — *Uuittenpurgk.*
Vrbs eſt Gymnaſio nobilitata nouo.
Viuit in hac Francus patriae noua gloria noſtrae — *Balthaſar Phacchus.*
Phacchus: amicitiae porcio fida meae.
Cumqʒ: ſuo Phaccho / parili coniunctus amore / — *Georgius Spalatinus*
Qui miram ingenij vim Spalatinus habet.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-127989-p0079-1

Georgius Sibutus.

Eſt quoqꝫ Thuringus cui fama vrgente Sibutus
Ceſareae lauros impoſuere manus.

Ricardus Sbrulius Italus.

Et longe a patrijs ſeiunctus Sbrulius oris:
Qui iuueni Italicos intonat ore modos.

Lipſa

Hinc vicina petes Miſneae moenia Lipſae:
Cui tandem famam Luſaca nomen dedit.

J. Rhagius Eſticāpian⁹

Rhagius hic iuuenes/necnon quibus acrior aetas/
Erudit: et teneris conſulit ingenijs.

Hieronimus Emſer

Saepe quid in vulgus magni grauis edidit Emſer
Et iam neſcio quid/ſecum habet ille noui.

Magde-purgk. Aiſa

Nec tu praetereas ſublimem Virginis vrbem.
Pene habitat mediam Aiſa puella viam.

Gaſparus Steynbegk

Hic bene de doctis meruit Gaſparus amicis:
Quem paſſim in numeris Muſica turba colit.

Erphordia

Offeret excelſos digreſſe Erphordia vates:
Atqꝫ omnes iunxit quos habet illa mihi.

J. Crotus Rubianus

Crotus in hac nobis ſub primis prefuit annis:
Crotus Appollinae fama ſuperba togae.
Qui tibi ſeu numeros/ſeu quicquam lege ſolutum
Scripſerit: egregia laude probandus erit.

Sed dabit ipſe meus veniā hac mihi parte magiſter — Eobanus Heſſus
Quis non ingenio ceſſerit Heſſe tuo
Te iuuenem tetrico texentem verba boatu /
Vincentem cultu tempora noſtra nouo /
Pallida miratur vieta grauitate ſenectus.
Iudice me / nil te hec tempora maius habent.
Quicqʒ agit in ſtudijs miro Temoni' illis — Joannes Temonius.
Marte: nec eſt vili preditus ingenio.
Paſſibus hinc aliquot ſpacio ſeiunctus iniquo
Tranquillam vitam / ducere Ruffus amat. — Mutianus Ruffus.
Ipſe ſui totus: ſed enim nec cedere cuiquam.
Aptus: vt ex quouis praemia Marte petas.
Conſulit hunc Crotus / doctoremqʒ elegit Heſſus:
Non nihil et crebro profuit ille mihi.
Francorum ad fines / miris Tritemius Abbas — J. Tritemius Abbas herbipolen̄.
Artibus infami nomen ademit humo.
Hinc graue per montes et denſas vndiqʒ ſiluas
Eſt iter in ſaltus Phagina dura tuos. — Phagina que Buchonia
Hec etiam tellus noſtratum conſcia rerum /
Nomen in Aoniae munere ſortis habet.

*Fagine sit'* Hic: vbi ſe Titan ab Eois exigit vndis.

Doctus habet patriae rura Capella ſuae.

*Joannes capella*

Viuit ad occiduos Phoebei luminis ignes.

*Joannes hopſo.* Hopſo pars animae tu Philomuſe tuae.

*Patria hutteni* Fagina ſed qua ſe tellus demittit ad Auſtrum:

Exulis Hutteni viuit vterqꝫ parens.

Inuenies fratres/et forſan vtramqꝫ ſororem.

Stabit et ante oculos turba propinqua tuos.

Hoc tibi mandatum ſecluſo in pectore ſerua:

Ne quicquam in cauſa reſciat illa mea.

Vt valeam incolumis: ꝙ habent bene cetera: dices

Dum ſaluere meo nomine quenqꝫ iubes.

*Mater hutteni.* Multa ſolet mater. ſed tu (quid Loſſius hoſtis

Egerit) vt crebro ſollicitata tace:

Audiat illa nephas: defectos decidet artus:

Et gelidum abſqꝫ omni ſanguine pectus erit.

Cura mihi eſt: male ne noſtros ferat illa labores:

Neue illi noua ſim cauſa doloris ego.

*Ferobinus huttenus* Neſciat hoc genitor iuuenis quoqꝫ neſciat: Cui

Maxima qui poſt me tempora frater habet.

Tranſteris triſtemq; patrem vateſq; relatos :
Vertere ad Arctoos officioſa polos.
Salue fida domos ſacrorum Fulda tuorum : Fulda Fagi ne caput
De te praeſentes teſtificata deos.
Salue plena dei patriae lux aurea noſtrae :
Que facta es tantis hoſpita relliquijs.
O vetus hoſpicium/et peregrinis manſio ſacris :
Que claudis mirum hoc ſub tua tecta decus.
Te ſibi delegit vnam Bonifacius hoſpes. D. Bonifacius
Atq; in te ſanctos tranſtulit ille viros :
Templaq; compoſuit/fieriq; haec menia iuſſit :
Et totam fauſto condidit auſpicio.
Digna tui cultus/nunq̄ ſine laude futura/
Hoſpitij ſemper creſce decore tui.
Huic vrbi largita nouas Elegia laudes :
Abbatem noti quaere monaſterij.
Ah tantum petitura virum/ne qualibet erres.
Angor vbi merito ſollicitorq; metu. Hartmān'. de kirchpergk Abbas Fulden̄.
Reſpice quo ſtudio eductus : quo ſanguine cretus :
Et premat elatū quāta corona caput :

Que ſit fama viri / probitas / ſapientia / virtus /
Et quibus hic culto praeſtet in Eloquio.
Omnia cognoris / totamqꝫ inuiſeris vrbem
Hartmannū flexo poplite Muſa pete.

Rabanus Maurus.

Preſule poſt veterē hoc vrbs eſt celebrāda Rabanū
Qui mira in verſu calliditate fuit.
Quod dices alijs / illi quoqꝫ dicereſcautum eſt.
Jlle dolet ſiquo nos male turbat onus.

Francus et Georgius Morlinq

Francus in hac etiam ſubqꝫ hoc rectore ſacerdos.
Viuit / et eſt noſtrae promptus aſilus opis:
Et paribus ſtudijs frater Georgius illi:
Clarus / et ingenio diues vterqꝫ bono.

Petrus Ayungia

Cumqꝫ illis / hac laude valens Ayungia Petrus.
Et minor in cultu caetera turba ſuo.

Tundalus.

Ne tamen offendat tuus hic te Tundalus hoſtis.
Et male ſuſcaepta cogat abire via:

Henricus Riuius

Riuus ad patrij (pete et hunc) vada dura viſurgi
Heſſorum populis fama ſecunda viget.

Rudolphus Langius

Videris hunc: ꝑ eos mōtes pete Queſtphala rura.
Qua nouus hoſpitium Langius autor habet.

UNIV. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-127989-p0084-5
DFG

Langius: et Vates/et equeſtri ſtemmate natus.

Et non vulgare in carmine pondus habens.

Qua ſuper ingenium Germana nobile fama/

Buſchius ante alios carmina ſcribit eques.

Hermannus Buſchius.

Buſchius: Eolijs validus dare pondera neruis.

Buſchius: heroi pernicitate pedis.

Buſchius: ingenio vinax/et Buſchius ore:

Buſchius: antiquo ſtemmate natus eques.

Et patria iunctus volucer Murmellius illi:

Qui nouitate Elegi Carminis auget opus.

Joannes Murmelli' Rur.

Quiqꝫ ſuum vertit ſacras Montanus ad odas

Carmen: et antiquo numina more canit.

Henricus Montanus.

Nomina non memini: multosqꝫ tamen ante videbis

Quam trifidum ad Rheni linthea flumen agas.

Sulcat Agrippinam lunatum lictus ad vrbem

Renus: et occiduum fertur in Oceanum:

Agrippina. Colonia

Clara opibus/munita loco/pollenſqꝫ virorum/

Quaqꝫ eſt Germano maius in orbe nihil/

Nutrit honoratos ſacrata Colonia Vates.

Et facta eſt ſimilis hoc quoqꝫ honore ſui.

F. Jacobus Ganda. Prima eſt ante alios Jacobo gloria Gaude:

Qui miſcet ſacris Muſica ſacra ſuis.

Vix alius noſtras callet ſtudioſior Artes:

Vix Elegos vena candidiore facit.

Remaclus Florenates. Et non vulgari peregrinus laude Remaclus:

Cuius pauca quidem / ſed bona / viſa mihi.

Quicquid ad expertum poſſes conferre poetam:

Canthor Non etiam inualidus carmine Canthor habet.

Confluentia Qua refluo Treuiruꝫ Renus capit amne Moſellã

Vrbs fluuium pulchro eſt inter vtrunqꝫ ſitu.

Et locus / et populus / Muſis ⁊ Appolline dignus

Vlricus Fabricius Hec eſt Vlrici patria fabricij.

Hunc olim nobis fines pereuntibus hoſdem

In ſtudijs ſocium Pallas amica dedit.

Vna quies / vnuſqꝫ labor / communis vtriqꝫ

Vita fuit / tantum contulit ille mihi.

Diſiunxit tandem ſpacio fortuna locorum /

Heu quantum ſtudijs inuidioſa meis:

Quod potuit: foecit. ſed fido ego corde tenebo

Hunc iuuenem: et vera dignor amicicia.

Ipſe ſuū ad dulces Carmen componere neruos

Mouit. et arguto dulciter ore canit.

Fluminis ad ripas/Vicinaqʒ menia Reni/

Turba venit iuſſis crebra adeunda tuis.

Magna Geresmundum ſeruat Moguntia Strūcqʒ. Geresmundi duo

Legibus Aonias iungit Stercqʒ deas.

Contentus paruo Nemetis prope menia Spirae/ Jacobus Vuiuiphelingus.

Incolis anguſtas Vuiuiphelinge domos:

Non niſi quod ſacrum eſt: ſtudio cōplere frequēti.

Qui: quicquid ſcribas/Vtilitate ſcatet.

Multa Jacobe tibi debet Germana iuuentus.

Profoeci monitis ipſe ego ſaepe tuis.

Sturmis ei Comes eſt/et Gallinarius illi. Sturmis. Jo. Galliarius

Et tu: qui nomen principis arce tenes.

Plurima preterea iuuenum conſortia Vatum: Philippus Furſtenpergk

Quos ſibi doctrinis allicit ille ſuis.

Hoc etiam Auguſtus/quondā meus/Orbe Sagax. Vuolphus Auguſtus.

Vuolphus: plautino clarus in eloquio.

Branthus ab yſs paulum ſemotus conſidet oris: Sebaſtian⁹ Branth

Qui Germana noua carmīa lege facit:

Barbaraq; in numeros compellit verba ligatos:

Edit et ingenio Carmina facta nouo.

Pulchre illi latum Claſſis deducta per equor/

Conuehit inſipidos quolibet orbe viros.

Jacobus Philomuſuſ — Et qui materiam ſumens Philomuſus ab illo/

Spem ſibi ventura poſteritate facit:

Armat et aduerſos furibundum carmen in hoſtes:

Turpe viris cenſens omnia velle pati

Henricus Bebelius — Barbariem contra pugnace Bebelius ore

Non ſine victuro nomine caſtra locat.

Quiq; ſue nomen parit inuiolabile Phorce:

Joannes Reuchlin Phorcenſis. — Dum triplici ſacros explicat ore libros:

Inter Germanos/ad Comica ſcripta/poetas

Primum auſus vetitas explicuiſſe manus.

Hos mihi praecipue blanda compelle Salute.

Deinde noui memores criminis eſſe iube.

Malitia Loſſij — Quod foecit nobis: faceret quoq; Loſſius illis

Cui ſtudium eſt multis poſſe nocere ſimul.

Vos ergo Teutonice veriſſima lumina gentis

(Quando ita ſe praeſens obtulit hora) precor:

Non: vt pro nobis quiſq̃ mala carmina faxit:

In noua vel ſubito bella furore ruat.

Sed doleat noſtros/communia vulnera/caſus: — Caſus Hut- tenianus cō- munis.

Atq̃ animo tandem haec penitiore trahat

Nene meo dicat verſu petulantius vſum:

Dum queror offenſas inſimuloq̃ nouas:

Si non ex merito/ſi non querimonia iuſta eſt: — Deprecatio inuidiae

Si non inſigni cogor ab opprobrio:

Iudicet ille meam/qui iudicat omnia: cauſam.

Et ſint hec anime debita iura meae

Tentaui hunc praecibus: tentaui hortatibus hoſtez — Etiam mo- nitus loſſius

Littera ad hunc extat ſupplice ſcripta manu.

Sed nihil efficio nuſquam hunc compellere poſſum

Ipſe ſuas in nos inſuper auget acus:

Ipſe minas iactat. furit. et conuicia dicit.

Iamq̃ nouum bellum nunciat ille mihi.

Perſequiturq̃ meos/ſiquem deprehendit/amicos. — Loſſij in ma licia perſeue rantia.

Inſidiaſq̃ mihi qualibet arte parat.

Non querar hec igitur? qui ſic q̃ ledere poſſem

An nondum offenſis ſufficit ille ſuis?

Veſtrum aliquis iam tutus agit: fruiturq; quiete:

Ne timet hoſtiles tutior inſidias.

Et tranquillus agens: requiem putat omnib⁹ illaꝫ

Que ſibi ſecura contigit in patria.

Quiſquis hic eſt: melius pro cauſa conſulat illa:

Fortunamq; graui penſat Vtramq; animo.

Ipſe: ꝙ in patria eſt: et conſuetudine multa

Nuſq̄ inconſuetas ſenſit obeſſe Vices.

Nos peregre iuuit Varios cognoſcere mores:

Non citra arbitrium docte Thiane tuum.

Dumq; hincinde leues agimur: Varieq; Vagamur:

Occurrit Varijs Vulgus in ingenijs.

Nunc inimicus adeſt; nunc ſe mihi praebet amic⁹:

Nunc mihi qui proſit: nunc mihi qui noceat.

Sed quia Fortune eſt: habet inconſtantia cauſam

Noſtra: ꝙ ex caſu diſpare corde fruat.

Iaꝫ ſatis eſt Vobis: quod (que nūc aſꝑa facta eſt)

Nunq̄ alicui Veſtrum Muſa odioſa fuit.

Finis Querelarum Libri Secundi

Dijs auſpicibus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-127989-p0090-1

# Hermanni Trebelij Notiani Poetae Laureati ⁊ LL. Imperialium Candidati ad Henningum Loetz J. V Doct. pro Poeta Hutteno admonitio Elegiaca.

A Spera res agitur patrib⁹ nõ cognita priſcꝫ
Quos celebri Genio Teutona terra tulit
Res noua: res truculẽta: minax: res impia: mordax:
Res agitur Loſſi ſanguinolenta tibi.
Foelices: quibus innocuis: ſine crimine fama:
Ad ſtygios olim contigit ire lacus.
Foelices etiam: liceat ſceleri ſcelus addant:
A doctis cupidas Qui tenuere manus
Sed non hoc miſero licuit tibi ? teqꝫ beatum
Cum multis dici ferrea Parca vetat ?
Heu facinus diramqꝫ caput: tam barbara tamqꝫ
Horrida: tempeſtas hec mea: corda feret ?
Quid patimur Vates diuino numine pleni ?
Atqꝫ supernorum maxima cura deum ?
( Eſto ) ſit quiſq́ doctor Conſulqꝫ ſuperbus:
Ergo ſacros Vates carpere iure poteſt ?
Res potius truculẽta: minax / res impia / mordax
Res ſurgat Loſſi ſanguinolenta tibi
Dicamus qui ſint Doctor / genitorqꝫ ſuperbus:
Et phoebi taelis ictus vterqꝫ cadat.
Tu quoqꝫ tu Pallas / quia te veneranda vetuſtas
Armatam pinxit: cuſpide tuta veni.
Pallas adeſt. miſeri ⁊ grauiter fert dãna Poetae
Nunc Henninge tuos perfide pande ſinus
Perfide pande ſinus: quid ſtas ? dubiuſqꝫ moraris
Pande ſinus inq̃: perfide pande ſinus.
Concipe Pierium pro tanto crimine vulnus:
Perſta: non vno vulnere: dure: cades.

Dura ferat qui dura tulit / iacterur / agatur /
    Qui ferus Aonius pellit ab vrbe viros.
Non poteris tantos finire in morte dolores
    Ille dolor / nobis crede / perhennis erit.
Immo poſt varios luctus: poſt funera maior
    Semper erit: tantum carmina docta valent.
Quid tibi nunc Doctor ꝙ ſis: ꝙ Conſule cretus:
    Proderit? ardenti veſte ꝙ altus eas.
Nouimus atqui te: paſſim canimuſqꝫ Poetae:
    Doctor es: et calles Doctor in arte nihil.
Doctor es: et ſolo vulgo populoqꝫ videris:
    Doctor es: at poteris vix tria verba loqui.
Grammaticae ignoras prima incunabula cum ſis
    Doctor et Orcheſtra publica iura legas.
Deniqꝫ vix tantum tanta tibi in arte relictum eſt:
    Vt Doctor quid ſit: Doctor ab arte ſcias
Sed iam forte ſacrum nimis excandeſcere Vatem
    Dicis / et ignoto durius ore queri.
Iſta prius tecum debebas voluere Loſſi
    Dum furor innocuum: pellere ab vrbe: fuit
An ignorabas / non vinci poſſe Poetas?
    Et nimium longas Vatibus eſſe manus?
Eſſe pios Vates: quos vel Plato ledere nollet?
    Sublimes q̄uis vinceret ille Sophos.
Ergo feras loſſi Doctor: quod ferre neceſſe eſt:
    Et quantus ſurgat deinde Poeta ſcias.
Admoneaſqꝫ patrem fucata nare Vedegum:
    Ne poſthac Clarios opprimat ille viros.
Tu q̊ꝫ precipue caueas ne ledere pergas:
    Nominis eſt ſaltem ſi tibi cura tui.
Et ſi non audis / nec ſtultam carmina mentem
    Afficiunt: populo fabula turpis eris.
Germanos omnes in te iuraſſe Poetas
    Flebis: eritqꝫ omnis tunc tibi adempta ſalus.

TELOS

# P. Vigilantij poetae &c. Endecaſillabon ad Lecto. Liber loquitur.

Nemo me legat aut reuoluat.
Quem non permoueat ſcelus malignũ
Audax vel facinus ſeniſq; nati:
Vatem quo miſerum: probante nullo
Cauſam: conficiunt. ſed iſta quiſquis
Cernis: deſine / non nouum vides eſt /
Ph[illegible] perfidiae referre poenas /
[illegible] ciq; ſuos Apollo Vates
O Coſſi ſolet. Ergo perfer iſta.
Dicas. atq; caue ſacrum Poetam
Poſthac ne laceres. vel hec ſequetur
Velox Archilochi poetae Iambus /
Quo viſo miſeram fugit Licambe
Vitam: quem laqueo iuuat perire.

Ad lectores Tetra: V. Hut.

Tractet: amet: legat: excipiat. colat: audiat: cõſit:
Cui placet hec nouitas.
Spernat: agat: cremet: exciet: premat: oderit: abſit
Quiſquis vbiq; nocet.

¶ Excuſſa ſunt haec Francophordij cis Oderam per Joannem Hanaw conterraneũ Vlrici Hutteni: Anno a Virgineo partu poſt M. et quingenteſimum Decimo Ceſ: Maximiliano et Marchione Joachimo.

Vale lector Bene et boni conſule.

Res est crudelis egestas

ULB Halle 3
003 489 329
78 L 1504

ur doceremi doce
q̄pfecto vtinā do
es vel fuiſſes eſſet
cti eſſem⁹ vl fuiſſe
eſſent vel fuiſſent
ocearis vel docea
doceamur docea
tiuo mō tpe pn̄ti
oceare doceatur.
eamini doceant.
doceteris vel do
ceremur docere
to cū doctus ſim
it vel fuerit. ꝛ plr
⁹ ſitis vel fueritis
q̄pfecto cū doct⁹
fuiſſes eſſet vl fu
vl fuiſſemus eſſe
fuiſſent Futuro

rere legeret ꝛ plr cū legeremur legeremini
legerent Preterito pfecto cū lectus ſim vl
fuerim ſis vl fueris ſit vl fuerit. ꝛ plr cum
lecti ſim⁹ vel fuerim⁹ ſitis vel fueritis ſint
vel fuerint. Ptō plusq̄pfecto cū lectus eſ
ſem vl fuiſſem eſſes vl fuiſſes eſſet vl fuiſ
ſet. ꝛ plr cū lecti eſſemus vl fuiſſemus eſſe
tis vel fuiſſetis eſſent vel fuiſſent. Futuro
cū lectus ero vl fuero eris vl fueris erit vl
fuerit. ꝛ plr cū lecti erim⁹ vel fuerimus eri
tis vl fueritis erint vl fuerint Infinitiuo
mō ſine nūeris ꝛ pſonis tpe pn̄ti ꝛ ptō im
pfecto legi. Preterito pfcō ꝛ plusq̄pfcō
lectum eſſe vel fuiſſe. Futuro lectum iri.
Duo participia trahūtur ab hoc verbo
paſſiuo. preteritū ꝛ futurum. preteritum
vt lectus. futurum vt legendus.
Audio audis audit. ꝛ plr audimus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-127989-p0096-7

# Vlrici Hutteni equeſtris ordinis poetae in Vuedegū Loetz Conſulem Gripeſualdenſem in Pomerania / et filiū eius Henningum Vtr: Iuris doctorez Querelatū libri duo pro inſigni quadam iniuria ſibi ab illis facta.

## Hermannus Trebelius Notianus Poeta Laureatus in perſona Loſſÿ.

Numen Pierÿs ineſt poetis:
Libertas: animus· celebritaſqꝫ:
Maieſtas quoqꝫ: regia et poteſtas:
Et ſunt cura deum ſacri Poetae:
Chari principibuſqꝫ / regibuſqꝫ:
Immo ( vera loquar · nec ore ficto )
Res eſt maxima / maximus Poeta
Sed cur Loſſius iſta neſciebam?
Eheu: numina / ferreeqꝫ Parcae
Debebant: modo quem fero: Poetam.

## Dijs auſpicibus

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-127989-p0097-2